

Aniam quidem judex ille non fallitur verbis, nec fleetur donis, Bern. sup. Castrica.

Quid faciet de injustis Judicis, qui ipsas quoque Justitias judicabit, & qui cuique merita recitabit? Veniet, tandem veniet. Idem in epist.

Cum bona vel mala cogitamus in corde nostro, tam bonarum, quam malorum cogitationum notae quaedam, & signa relinquuntur, quae in die iudicii revelabuntur. Orig. super epist. ad Roman. lib. 7.

A dextris erunt peccata accusantia, a sinistris infinita demonia, subitus horrendus chaos inferni, desuper judex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia urens. Ibi vix iustus salvabitur. Heu miser peccator! sic deprehensus, quò fugies? latere enim erit impossibile, apparete intolerabile. Anselm. de similitudinibus mundi.

Refert B. Vincentius natione Hispanus concione in Sexagesima, exemplum de quodam juvene, qui fomiando fuit interrogatus a Christo in iudicio, & subito ex timore totus factus fuit canus.

De eodem Lucan. 1.2. Pharsalia.

Sic cum compage soluta,
Secula tot mundi suprema coegerit hora:
Antiquam repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sydera sideribus concurrunt, ignea pontum
Astra perent, tellus extendere littora nolet,
Excussitque fretum, fratri contraria Phoebe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poscet sibi: totaque discors
Machina divulsis evbabit fœdera mundi.
Similiter Ovidius Metamor. lib. 1.
Esse quoque in satis reminiscitur adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret,
Nec ultrae Maenius 4.
Quae scelerum veniet vindicque reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
In lacemque trahet, rarisque licentia fraude.
Hinc etiam in iustis vortor, paeneque minister
Et quisquis vero fuerit, culpamque perodit
Proditor, atque alto qui iurgia pectore tollat.

JUDICII UNIVERSALIS MEDITATIO UTILIS ET EFFICAX. IN GENERE.

Ad frandam desideria, & gaudia huius vite.

Scribit Beatus Hieronymus in Mattheum, hoc modo: Sive comedam, sive bibam, sive aliquid faciam, semper vox illa videtur sonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Quoties de die iudicii cogito, torus corde & corpore contremisco. Si qua praesentis vitae est laetitia, ita agenda est, ut nunquam amaritudo futuri iudicii recedat a memoria. Non est nostrum nosse tempora, id est, non expedit nobis diem iudicii nosse, sed semper incerti de adventu iudicii, sic quotidie vivamus, quasi die altera iudicandi simus. In die iudicii Sol, & Luna obscurabuntur, non diminutione luminis, sed comparatione veri luminis. Alioquin legitimus solem habiturum septuplum luminis, sed comparatione veræ lucis omnia tenebrosa erunt.

DEIUS MEDITATIO EFFICAX. IN SPECIE AD AECIDIAM DEPELLENDAM, ET cum timore salutem operandam.

Legitur in Vita Patrum, quòd Abbas Alexander fratri aeterna victo dixit: Si in cella tua sollicitè cogitates regnum caelorum, & cruciatum aeternum, in cella tua aecidiam non senties: testis est Sophronius, vel potius Joannes Moccus in Prælo spirituali cap. 142. Rufinus cap. 169. Alexander ita se excitat: Vae tibi Alexander! quanta erit confusio tua cum exierit eorum abunantur?

Abbas Sylvanus in Vita Patrum lib. 5. tit. de compunctione, rapus, ac rediens ad se, cecidit in faciem, ac flevit: rogatus est, dixit: Ego ad iudicium raptus sum, & vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta, & multos saeculares euntes ad regnum. Et iugebat senex, & nolebat deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur, operiebat capiti faciem suam, dicens: Quid necesse est videre lumen istud temporale, in quò nihil est utile?

Ibidem, Monachus quidam, qui negligenter vixerat, egrotans raptus fuit ad iudicium, & invenit matrem suam iam mortuam cum his, qui iudicabantur. Illa autem, ut vidit eum, obstupuit, & dixit illi: Quid est hoc, fili? Et tu in hunc locum condemnationis iustus es venire? ubi tui sermones tui, quos loquebaris, dicens: Volo salvare animam meam? Confusus ipse, ac rediens ad se, inclusit se precantibus, & plorans negligentiam suam, cumque multi eum rogarent, ut à nimio fletu temperaret, ne se laederet, noluit consolari, dicens: Si improperium matris meae sustinere non potui, quomodo Christi, & sanctorum ejus Angelorum adventum me confusione potero in die iudicii sustinere?

Ibidem alius Senex dixit: Si possibile esset, in adventu Dei post resurrectionem praeter timore intente animas hominum, omnis mundus moreretur a timore atque formidine. Quale est enim videre caelos scissos, & Deum revelatum cum ira, & indignatione, & militias innumerabiles Angelorum, & totum simul genus hominum intendere? propter quod sic debemus vivere, ut potè qui de singulis moribus nostris rationem exigendi sumus a Deo.

Alius senex vidit quendam ridentem, & dixit ei: Coram caeli, & terete Domino rationem totius vitae nostrae reddidisti sumus, & tu ridetis?

Piè S. Bernardus serm. de Apostolis Petro, & Paulo: Urganam sapientem, &c. inquit, ut scilicet aeternitatis imago reformaretur in nobis, videlicet, ut praesentia moderentur per sapientiam, praeterita per intelligentiam dijudicemus, novissima provideamus ad cautelam.

Idem epist. 192. Utinam, inquit, sciperes, quae Dei sunt, intelligeres, quae mundi sunt: provideres, quae inferni sunt, profecto inferna horresceres, superna appeteres, quae sunt mundi contemneres.

Ita sapuit Abbas Olympius in Prælo spiritali, cap. 141. rogatus enim: Quomodo sedes in hac spelunca, quomodo toleras æstus, & ciniphes? ait: Ista idem tolero, ut futuris cruciatibus liberer: ideo ciniphes patior, ut immortalem effugiam vermem: sic & æstum patior, aeternum meum ignem. Haec enim temporalia sunt, illa verò finem nullum habent.

Ita sapuit Abbas Moses in vita Patrum lib. 7. cap. 27. Ute mortifices, cogita triennium jam agere in sepulchro. Et alius cap. 24. cuius hæc erat quotidie exercitatio: Ego inquit, Angelos aspicio, ascendentes, & descendentes ad vocationem: animarum, & semper finem prævideo, dicens: Paratum cor meum Deum, paratum cor meum.

Ad virtutem amplectendam.

Petrus Constantinopolitanus, cognomento Telonarius, vir tanto majori admiratione dignus, quando ante conversionem vixit nequius. Hic cum opam copia redundaret, diuitiam esse, utrum dicitur an avasor esse. Hinc inter mendicos ortum est certamen, unus profitebatur se ab eo elemosinam eliciturum, caeteri id omnino fieri posse negabant. Qui se facturum promiserat, accessit cum multo pretium panem (panes autem in casu ancilla e fornace domum coctos referebat) in faciem precantis intorqueret; qui cum hinc declinasset, sublatò pane discedens, se tandem voti sui compotem factum sociis nuntiavit. Petrus verò postea ad verba valetudine agitatus, cum postmodò horis aliquot exanimis jacuisset, & revivisset; narravit sibi interim visum fuisse, se ante tribunal Dei in caelo sisti, ab aliis accusari, ab aliis defendi; in altera libere laeque peccata, quae commiserat, appendi; in altera unicum penam illum, quem ipse quondam proiecerat iratus. Et cum exaquerat utriusque pondus flaret, reverti, ac pani aliquid superaddere, quod præponderaret, si multi reatus supplicia cuperet evadere, sibi iussit. Itaque cum convalescisset, quae cupidè conflaverat, liberatè cepit effundere, neminem indigentium opis sui expertem fieri passus. Simeon Metaphrasi, in vita Divi Iovannis elemosynarii, & Surus tom. 1.

Scribit Dionysius Cartusianus lib. de remedii tentationum, art. 2. viros sanctos eorum, quae in novissimo iudicio futura sunt, consideratione frequenter copumctis. S. Hieronymum ejusdem iudicii terrore percussum fuisse. Horu, inquit, consideratione sancti viri frequenter compuncti fuerunt ac territi, resistentes fortissime omni tentationi ac pravitati. Unde sanctus

Adus fatetur Hieronymus: Quoties diem illum considero, roto corpore contremisco. Sive enim comedo, sive bibo, sive aliud aliquid facio, semper mihi videtur tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium.

De se fatetur ipse S. Augustinus Lib. 6. Confess. c. 16. nullum fortius sibi fuisse retinaculum a præcepto carnalium voluptatum, quam mortis, & iudicii ultimi recordationem. Nec me, inquit, revocabat a profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, & futuri iudicii tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen recessit de pectore meo.

Ad conversionem faciendam.

Narrat Cedrenus compendii historiarii & Ioannes Europalates, tempore Michaelis Imperatoris, qui Theophilus item Imper. filius fuit, Bogorum Bulgarorum Ducem sic ad fidem fuisse conversum: Supra modum, inquit, venationibus delectabatur; quibus cupiens non modò cum venatu iret, perfrui, sed etiam in otio; nova adificata domo, Methodium quendam monachum genere Romanum, & arte pictorem, iussit eam historis exornare. Divino autem instinctu factum est, ut non diceret nominatim, qualia ibi animalia depingi vellet, sed jubere, qualia pictor ipse vellet, dum terribilia modò essent. Hic verò nihil scienis terribilissimum secundo Christi adventu (sive extremo Dei iudicio) eum ibi depinxit. Dux verò videns inde iustorum turbam, hinc gregem peccatorum puniat, atque a pictore intelligens picturæ sensum, exemplò suam abjuravit superstitionem, atque a sancto Episcopo catechizatus, intempesta nocte divinum suscepit baptismum. Contra eum proceres Bulgarorum ac populus propter mutatam religionem insurrexerunt, eumque interficere conati sunt, quos ille parva suorum manu, signo Crucis praefato, fudit, reque inopina stupefactos ad fidem Christi perduxit. Baron. tom. 10. ad an. 845.

Bene moriendum.

Scribit Venerabilis Beda lib. 4. hist. gentis Anglorum c. 17. sanctum Ceaddam semper, dum viveret, diem Domini sollicitum expectasse, & quoties tonaret, aut fulguraret, aut vehementior aliqua procella ingrueret, solitum esse in memoria revocare extremum iudicii diem, & misericordiam Domini invocare, atque eam humano generi propitiare. Itaque paratum expectasse horam transitus sui, immò & mortis diem ei præcipue ab Angelis, quibus quoque comitantibus ad caelos emigravit. Promiserant enim Angeli, se post dies septem ad eum redituros, inquit, quos una ad caelum adducturos. Quod quidem, inquit, Beda, ita ut ei prædictum erat, opere completum est. Nam confestim languore corporis tactus est, & hoc per dies ingravescente, septimo, ut promissum fuerat, die postquam obitum suum Dominici Corporis, & Sanguinis perceptione munivit, soluta ab ergastulo corporis anima sancta, ducentibus, ut credi fas est, Angelis comitisibus, aeterna gaudia petivit. Non autem mirum, si diem mortis vel potius diem Domini letus aspexit, quem semper, usque dum veniret, sollicitus expectare curavit. Namque plura inter continentiae, humilitatis, doctum, orationis, voluntariae paupertatis, & caritatum virtutum merita, in tantum erat timori Domini subditus, in tantum novissimum suorum in omnibus operibus suis memor, ut sicut mihi quidam frater de illis, qui me in Scripturis erudiebant, & erat in monasterio ac magisterio illius educatus, vocabulo Trumbert, referre solebat, si forte legente eo, vel aliud quid agere, repente status venti major afflueret, continuo misericordiam Domini invocaret, & eam generi humano propitiari rogaret.

Judicii terrore.

Hujus autem iudicii distictam discussionem crebris parabolis insinuavit ejusdem futurus judex Christus, idque vel maxime, ubi ad Pharisaeos conversus, dicebat: Quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Intelligunt autem per verbum otiosum, illud, quod iustè necessitatis, aut pia intentione ratione caret. Matth. cap. 12. Quid ergo de gravioribus criminibus futurum?

Legimus in vita S. Iosaphat, fuisse Regem potentissimum, qui vitam in luctu, & merore petagebat. Miratus, & indignatus frater, cum increpat: ille ingemens responsum suppressit, & non ita diu post, mittit de nocte tibi cines ad fratris aedes, qui horribiles ederent clangores (hoc enim illo aeo solemne erat, quoties in aliquem capitis sententia ferretur.) Quid faciat hæc inaudiens frater? turbatur, clamat, L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

& atro habitu sumpto, ac cinere conspersus caput, primo E mane ad regiam adpropinat, Regis ad pedes supplex provolvitur, delicti, si quod esset, veniam postulat. Cui Rex: Si tu in tantum timeas fratrem tuum, quem nunquam læsisti; nunquid ego merito timere debeam diem illum, quo coram supremo Iudice, quem toties offendi, mihi erit comparandum? Si tu in tantum horreris tubam illam humanam; quis non horreat divinam, qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei? Praclarum, & verè imitandum Regis exemplum. Refert Bernard. de Busto in suo Rosario, item Spec. exempli.

Juramentum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Juramentum, quod ἵρκος Græcè, propriè definitur invocatio divini testimonii, & Jurare est, Deum in testem vocare, esseque actus procedens à religionis virtute; nam Juratio est quaedam Dei veneratio, ut merito in Rhetoricis ad Alexandrum dicit Philosophus cap. 17. Jusjurandum esse cum divina veneratione dictionem probationis expertem; & Cic. de offic. esse affirmationem religiofam. S. Chrysof. ita describit: Jurare est, Deum vocare testem, & quasi fidei ius forem dare dicitis: Juramentum enim est fidei ius, ubi mores fidei non habent.

Hebraeis dicitur Schebubabb, à verbo Schababb, juravit, repetendo septies verba juramenti, vel quòd initio in juramentis adhibebantur septem testes; unde Abraham cum juraret regi Abimelech in Bersheba, statuit septem agnas, quas eidem dedit propter confirmationem juramenti, & fœderis initi. Genes. 21. Alii deducunt ab eodem verbo, sed in prima conjugatione passiva, Nishebbabb, id est, juravit cum affectu vehementi; nam jurare non est res levis, sed dura, & fit cum passione quadam; vel quòd nemo debeat temerè jurare, nisi à magistratu adauctus, aut propter utilitatem proximi, ad tuendam veritatem.

Jusjurandum quidam volunt dictum, quasi Jovis jurandum: Per summum enim Deum concipiendum est illud. Exstat apud Ciceronem conveniens huic proposito verius G. Ennii, Fidele, alma apta pennis, jurandum Jovis. De juramento alii alia. Juramentum à juro, Juro autem à jure. Quid enim aliud jurare, quam promittere, adhibitis testibus, nos rem promissam observaturos, ac si jus esset? Hæc etymologicon trilingue Lugduni editum, anno 1607.

S. Augustinus serm. 28. de verb. Dom. putat, ex hinc dictum Juramentum, quòd jus reddamus Deo, quando per ipsum juramus, debitam videlicet veritatem.

D. Thomas Aquinas inde, quòd quasi pro jure sit introductum, ut quod ius invocatione divini nominis, & testimonii dicitur, pro vero habeatur. Hoc fecit securus Covarruvias in c. Quamvis, De Palsis, initio ex l. 5. ff. de iurejurando, inde derivat, quòd jure habeatur, & lege, quiddam fuerit juratum.

Divisio.

Juramentum primò dividitur in Assertorium, & Promissorium, addunt alii Comminatorium. Assertorium aliud est iudiciale, quòd præstat coram Iudice, aliud extrajudiciale.

Judiciale aliud est calumniæ, quando pars jurat, quòd bona fide, non animo calumniandi causam moverit, litem intentaverit, & prosequatur. Aliud dicitur Juramentum in litem, quando de re ipsa controversa juratur. Quòd iterum est duplex, necessarium, seu decisorium, quòd exigit à Iudice ad terminandam litem, & recusari non potest sine causa: non necessarium, quòd pars parti deserit, & recusari potest, ut patet cap. ult. de iurejur.

Promissorium, aliud est absolutum, aliud conditionatum. Imò admittit omnem varietatem, quam promissio.

Potè juramentum aliud verbis concipitur, aliud nudo; vel alio signo, ut manus sublata, pectori admoda, aut simili: aliud fit expresse, aliud tacite.

Deinde aliud fit per simplicem contestationem, in quo solum Deum vocatur testis: Aliud per execrationem, in quo etià vocatur in vindicè, ut puniat, si fallit jurans, quomodo Paulus 2. Cor. 1. Testem invoco Deum in animam meam, & olim apud Judæos frequens: Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat. Imò non nunquam non modò personam nostram, sed & filii aut aliorum obligamus, ut puniantur, si fallimus: hinc

A illa, per salutem Regis, & similia, quibus appretantur bona, si non fallimus; mala, si fallimus.

Denique aliud fit per Deum, aliud per creaturas, in quantum ex continent, & singulari modo involvunt Numen divinum. Ita qui jurat per caelum, censetur per eum jurare qui in caelo habitat, ut patet *Matth. cap. 23.* ubi Dominus corrigens errorem Judaeorum, qui putabant juramenta per creaturas (pura terram, templum, altare) non obligare, nisi tales forent, quae ipsius utiles essent, ut annum templi, aut donum quod imponitur altari; affirmat, etiam talia juramenta obligare.

Rursus aliud Juramentum est simplex, aliud solemne, quod nempe fit coram testibus, notario, vel tatis Evangelis, reliquis SS. in tribunali, &c. ubi haec circumstantiae desunt, dicitur simplex.

Ad extremum, aliud est absolutum, aliud conditionatum, quod scilicet tacitam vel expressam conditionem habet. Tacita autem subest vel ex Juris dispositione, vel ex Jurantis intentione.

AN LICITUM, QUANDO, ET QUIBUS.

Fuerunt Cathartica, Vvaldenles, Pseudoapostoli, teste Alphonsio a Castro, & plures alii haeretici, ac nostro quoque tempore Anabaptistae, qui docuerunt, non esse licitum jurare. Vide *A Castro verb. Juram. cont. haer. & plures circa hoc errores, & deliria allegat Joan. Malderus fise, lib. de Infr. & relig. Tract. 10. cap. 6. de juramento, Dub. 2.*

Contrarium fide tenendum est, tempore novae legis, etiam in contractibus, & alia occasione ad indagandam aut eliciendam veritatem, licitum esse Juramentum. Illicitum autem, si absque necessitate, & ut Judaei olim faciebant, levissima ex causa fiat; ut explicant Doctores locum *Matth. cap. 5.* ubi videtur Christus juramenta prohibere. Quippe Juramenta non annumerantur iis, quae per se ipsa bona sunt, ut elemosina, & oratio, &c. sed iis quae bona censentur, posita necessitate, ut antidota, & medicamenta. Debet autem adhiberi debita circumspexio, & reverentia; unde Christus supra, dicit juramentum extra necessitatem adhibendum, ubi simplex affirmatio, & negatio sufficit, a diabolo, non a Deo introductum esse, ideoque

valde cavendum; dicit enim, Quod his, nempe affirmatione, & negatione simplici, abundantius est, a malo est, id est, a diabolo *id est a seipso*, nisi intelligamus cum aliis, a malo infidelitatis, quia homines sibi maris fidem, nisi interposito Juramento, non adhibebant, ut spiritum suam simpliciter Juramentum. Fit autem Deo injuria, si leviter fiat juramentum, quia sic leviter vocatur in ressem, nec ei tribuitur excellens scientia, aut debita reverentia, cum non oporteat nomen Dei non nisi reverenter assumere.

Quin notat *Malderus ex cap. Placuit de Testib. ob reverentiam divini nominis, Jusjurandum a jejunis praestari oportere.* Judiciale autem extra notabilem necessitatem, non nisi diebus feriatis fieri debet. Jurare ergo non debent, qui fidem alias non merentur, ut qui aliquando inventus est pejerasse, aut infamiae nota notatus. Item pueri ante annos pubertatis, ut qui non intelligunt religionem Juramenti. Denique non nisi in necessitate, & casibus jure expressis. Sacerdotibus, & aliquibus aliis fides extra Juramentum adhibetur, juxta *cap. Nullus ex Ecclesiastico, & c. Nullus Episcopus 22. quest. 5. l. Cum clericis, C. de Episc.*

QUOMODO.

Vbi tres comites legitimi Juramenti explicantur.

*Jeremia cap. 4.* indicavit Deus tres comites, qui legitimo Juramento adesse debent. Sic enim legitur: Et jurabis, vivit Dominus, in Veritate, & in Judicio, & in Justitia. Veritas exigit, ne in assertorio Juramento quid falsi asseratur. Item ne quid mendaciter, aut tanquam certum, de quo dubitet jurans; unde non solum in veritate rei, sed & in veritate conscientiae jurandum. Denique in Promissorio, ne quid promittatur sine animo implendi; hoc enim esset jurare in dolo proximo suo. Rursus ne juret per falsos Deos, quamvis contra Juramenti substantiam non peccet ita jurando Judicium requirit, ut circumspiciat jurans, an res ob quam juratur sit digna, aut necessitas possit vel justa utilitas, ut tam tremendi Nominis testimonium invocetur; unde hunc comitem non adducunt, qui levi ex causa, aut sine debita fide, & devotione jurant.

Justitia exigit, ne injustum sit, aut ullo modo illicitum, Et quod juramento promittitur, quamvis etiam ad assertorium Juramentum hic comes referatur, secundum Aragonium, & Toletum, ut qui doceant, peccare contra Justitiam in Juramento assertorio, qui aliquid occultum crimen revelat, in proximi infamiam aut praedijcium.

Obligatio.

Magnam juramenti obligationem, & grave delictum perjurii, Scripturae testimoniis, & variis exemplis docemur.

Apud Ezechielem perjurium Sedechiae, qui Regi Babylonis infideli non servavit juratam fidem, gravissimum Deus se puniturum minatur, etiam addito juramento; ut dicamus etiam hosti fidem servare. *cap. 17.*

Videat Lector, quae diximus alibi, de fide haereticis servanda. Certè per Zachariam Deus ait: Omnis jurans ex hoc similitur judicabitur, & infra: Venit ad domum jurantis in nomine meo mendaciter. *cap. 5. 2. Consule Locum de Perjurio.*

Quomodo rallatur.

Variis modis id contingit. Mutatione materiae, dispensatione, irritatione, commutatione, remissione ejus cui praestitum est, relaxatione Judicis; quae omnia fuisse tractantur apud *I. Malderum supra, Dubio XI. Lessium lib. 2. de Infr. & Jure cap. 22. Dicitur XI.*

JURAMENTI LICITI.

Exempla S. Scripturae.

Datus ipse in Scriptura sepius perhibetur jurasse. Ita *Gen. cap. 22.* postquam Abraham obtulisset filium suum Isaac, dicit Deus, Per memetipsum juravi, dicit Dominus; quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, &c. etiam *Psal. 109.* Juravit Dominus, & non poenitebit eum, tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Apud *Isaiam cap. 14.* juravit Dominus exercituum dicens, Si non, ut paravi, ita erit, & quomodo mente tractavi, si eveniet, ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculem eum, &c. Verum, ecce juravi in nomine meo magno, dicit Dominus Deus exercituum, quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Judaei, dicens, Vivit Dominus Deus in omni terra Aegypti, &c. *Jeremia c. 44.*

Sic juravit Dominus David, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Psal. 131.* quem locum S. Petrus prima concione post acceptum Spiritum sanctum adducit. *Act. cap. 2.*

Dixit Abimelech Abraham, Deus tecum in universis, quae agis; jura ergo mihi. Dixitque Abraham, Ego jurobo. *Genes. 21.*

Jacob & Laban inierunt foedus, & juravit Jacob per timorem patris sui Isaac. *Genes. 31.*

Moyse juravit, quod habitaret cum Jethro, & acciperet Sephoram filiam ejus in uxorem. *Exod. 2.*

Pepigit Jonathas foedus cum David in Domino, & juraverunt ambo. *1. Regum 18. & 20.*

Audiens David duritiam Nabal, ait: Hoc faciat Dominus inimicus David, & addat, si reliquero de omnibus, quae ad eum pertinent, usque ad manè, etiam mingentem ad parietem. *1. Reg. 25.*

Flente Davide pro morte Abalon filii sui, dicit *Job, Surge & procede, & alloquens satisfas servis tuis.* Juro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne unus quidem remanens sit tecum nocte hac. *4. Reg. 19.*

DAVID juravit Bethsabee matri Salomonis, quod Salomon regnaret post eum. *3. Reg. 1.*

Rex Salomon audita petitione matris pro Adonia, juravit per Dominum: Hoc faciat mihi Deus, & hoc addat, quia contra animam suam locutus est verbum hoc. *3. Reg. 2.*

Dixit Elias Thesbytes ad Achab regem Israel, Vivit Deus meus Isaac, in conspectu cuius sto, si non erit his annis, & pluvia, nisi juxta os meum. *3. Reg. 17.*

Dixit Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Bethel, cui ait Eliseus; Vivit Deus, vivit anima tua, quia non derelinquam te. *4. Reg. 2.*

Apostolus Paulus multoties legitur jurasse in epistolis, sic enim ait: Deus & pater Domini nostri Jesu Christi scit, quia non mentior. *2. Cor. 11.*

Item ad *Colos. 3.* Testem Deum invoco in anima mea. *Col. 1. Et ad Gal. 1.* Ecce coram Deo, quod non mentior; testis est mihi Deus, cui servo. *Galat. 1.*

Angelus

A Angelus levavit manum in caelum, & juravit per viventem in saecula saeculorum. *Apo. 10.*

D. PAULUS sic juravit: Testis est mihi conscientia mea, hoc dico coram Deo, *Rom. 1.*

HISTORICA.

JURAMENTI EFFECTUS ET CAUSA VARIA. PAX ET CONCORDIA.

Concilium Constantiense sessione octava damnavit quadraginta quinque assertiones Joannis Wiclef, inter quas quadragesimo tertio loco ponitur haec de juramento, quae ait: Juramenta illicita sunt, quae sunt ad roborandum humanos contractus, & commercia civilia. Quae sententia simul eum aliis, una super omnes dicta censura, damnata est. Et idem Concilium sessione decemita, ut ad confirmationem pacis initii inter Regem Romanorum & Regem Aragonum pro schismate tollendo, juramentum ab omnibus peteretur, & omnes postmodum in Concilio existentes, a maximo usque ad minimum juravit. *Alph. a Castro, lib. 8. advers. haeres. ex ipso Conc. Constantiense, sess. 2. & 20.*

OBEDIENTIA DEO, JUSTISQUE LEGIBUS PRAESTANDA.

Vbi & Formula recitatur, quibus Reges & Imperatores utuntur in coronatione.

In libro qui Pontificale Romanum in scribitur, formula est jurjurandi, quae Imperatores & Reges, die quo coronantur, obstringunt. Et Regum quidem sic se habet: Ego N. Deo annuente futurus rex N. profiteor & promitto coram Deo & Angelis ejus, deinceps legem, justitiam, & pacem Ecclesiae Dei, populoque mihi subiecto, pro posse, & nosse, facere atque servare, salvo condigno misericordiae Dei respectu, sicut in consilio fidelium meorum melius potero invenire; Pontificibus quoque Ecclesiam Dei condignum, & canonicum honorem exhibere, atque ea, quae ab Imperatoribus & Regibus Ecclesiae collata & reddita sunt, inviolabiliter observare; Abbatibus, Comitibus, & Vassallis meo congruo honore, secundum consilium fidelium meorum, praestare. Ita me Deus adjuvet, & haec sancta Evangelia Dei. *Ex Pontificali Romano.*

Carolus Sigonius formulam refert jurjurandi, quo Carolus Magnus, dum a Leone tertio coronam Imperii accepit, hunc in modum se obstringit: In nomine Christi spondeo atque polliceor ego N. Imperator coram Deo, & B. Petro Apostolo, me protectorem ac defensorem fore hujus sanctae Romanae Ecclesiae, in omnibus utilitatibus, quatenus divino fulgore adjutorio, prout sciero poteroque. *Lib. 4. de Reg. Italiae.*

Censura Perfolutio.

Extat adhuc Roberti Ducis juramentum descriptum in Vaticano codice, qui inscribitur liber Censuum, quod hic ad probandum liciti juramenti fidem addicendum duxi; sic enim habet: Ego Robertus Dei gratia & sancti Petri Dux Apuliae, & Calabriae, & utroque subveniente, futurus Siciliae, ad confirmationem traditionis, & ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam ego proprie sub dominio meo teneo, & quam adhuc ulli Ultramarinarum unquam concessi, ut teneat, promitto me annuatim pro unoquoque jugo bono pensionem scilicet duodecim denariis Papiensis monetae perfoluturum beato Petro, & tibi Domino meo Nicolao Papae, & omnibus successores tuis, aut tuorum successorum nuntius. Hujus autem pensionis redditionis erit semper terminus finitio vero anno, sanctae Resurrectionis die Dominico. Sub hac conditione hujus resolvenda pensionis obligo me, & omnes meos, five heredes, five successores, tibi Domino meo Nicolao Papae, & successores tuis. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Evangelia. *Apud Baron. tom. 11. Ann. Eccl. 1059. 70.*

Olim Principes Christiani suos bellis Duces, Gubernatores, ac Magistratus, ad tuenda Catholicae religionis juramentum adgebant. Cujus formula haec erat, Juro ego per Deum omnipotentem, & Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, & Spiritum sanctum, ac gloriosam Dei genitricem & perpetuam Virginem Mariam, & quatuor Evangelia, quae in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos Michael & Gabrielem, puram conscientiam germanamque servitium me servaturum sacrarissimis nostris Dominis; & quod cum sanctissima Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia communionem habebis; neque e illa unquam te aut modo advertebar, neque, quantum in me erit, alicui alii permitram. Quod si haec non observavero, omnibus incommodis ero expositus, tam hic, *L. B. Theatr. vit. Human. Tom. IV.*

quam in futuro saeculo, in horrendo judicio magni Domini Dei, & Servatoris nostri Christi Jesu, habeboque partem cum Juda, & lepram in Giezi; & tremorem Cain; ultra hoc, quod etiam penis lege Imperatorum comprehensis ero obnoxius. *Novel. confut. 8.*

FIDELITAS.

Cum Zoe Imperatrix exercitum contra Bulgarios mitteret, missus est primarius sacerdos palatii cum venerandis lignis sanctae Crucis, quos omnes in genua procumbere jubebat, & jurare, se usque ad mortem perseveraturos. *Georg. Cedren. in Constant. Leonis filio.*

JURAMENTUM NUNQUAM VIOLANDUM.

Jurasse Fridericum Imp. nunquam competi, nisi cum in civitate Aquisinensi apud Belgas, & cum Romae coronatus fuit: idque juramentum constantissime tenuit. Cum enim jurando promississet, quae bona possideret Imperium, nullatenus alienaturum, & modò hoc, modò illud ex eo peteretur, maluit avarus negando, quam concedendo perjurus videri. Eamque ob causam perenti Borzio Marchioni Estensi Ducatum Mutinae, & Regii, tandiù restitit, donec monstratum est, eundem Ducatum, qui sub annuo tributo concederetur, lucri magis, quam alienationis speciem habere, praesertim cum Mutina ac Regium in potestate sua non essent. *Aeneas Sylv. lib. 4. Commentar. in vita Alphonsi cap. 41.*

FORMA JURAMENTI. NEMPE PER QUOS CONCIPIATUR Jusjurandum.

Per Deos.

Veteres interdum, metu pejerandi, deorum nomina omitebant, & formula tantum jurjurandi contenti erant: *id est vel vi vis.* Interdum simpliciter per ipsos deos, ut *Pindarus, vel per ipsos, ejusque Scholasticus, Brodeur recitante in 3. Epigram.*

Apud Thebas Aegyptias (quae urbs antiquissima est omnium) maximum habetur jusjurandum per Osiridem in Philis situm, omnibus Osiridis partibus, praeter pendenda ibi sepulcra. *Diodorus lib. 1. cap. 2.*

ORPHEUS, si quis divinum justitiam attestari vellet, per numina octo jurate permittit, ignem, aquam, terram, caelum, lunam, solem, panem, & noctem. *Alexander l. 5. c. 10.*

Est apud Haliartios ad montem Tilphusium sub divo deorum aedes, quas vocant Praxidicas, ac si Veridicadicas: ad earum aram jusjurandum concipiunt, quod irritum neutquam habent. *Pausanias in Boeotia.*

SOPHOCLES per Lapetas, hoc est, Caesorem & Pollucem, Petrae per Mithram, hoc est, solem; Lacones per Spratanos & Argivos deos, *in Troia*, per Geminos jurare solebant. *Alex. lib. 5. cap. 3.*

NUMA maximum jusjurandum Romanis statuit fidem. *Plat. in Niama.*

Vestales si quando apud Rom. sacramento adgebantur, non nisi per Vestem jurabant.

Romanis frequens fuit jusjurandum per deos, & deorum numina: perque terram, mare, & sidera, firmate fidem. Apud eosdem neque viri per Caesorem, nec feminae per Herculem jurant, sed Mecastrum mulierum est, Mehercle vel Pollicem ad foeminarum jusjurandum ex initiis Eleusinis acceptum autumat, paulatim postea abusu factum, ut etiam viri Aedepolicerent. At per Herculem feminae non jurant, cum H etiam factis illius interese perhibeantur. *Gell. l. 11. c. 6.*

Romani per Medium Fidum jurare olim solebant. Cujus hanc rationem assert *P. Appianus in suis Antiquitatibus.* Sabini domo migrantes in collem Quirinalem deos suos Sanctum, Filium, & Semipatrem secum tulerunt, idque numen urbis trinum, te unum dixerunt. Unde licet tribus ipsis templum esset in Quirinali colle dicatur, unius tamen dei vocabulo appellabatur, cujus invocatio in contractibus, & quovis alio genere jurjurandi, magna vim habere credebatur. Erat autem simulacrum Filii tale. Tres simul imagines cernebantur, umbilico tenus vestita, dextera viri, sinistra mulieris dexteras complicatas habentium, medius inter hos juvenis, five puer, tanquam filius. Et viro quidem Honor, mulieri Veritas, puero medio Amor litteris ascriptus erat. Quid hoc aliud, nisi quod pollicita fides, atque adeo tota Republica constituitur, quae fide vinculo continetur, tribus his confert? Viri enim operam dant vel se, quia honesta est, honestas autem veritas quae dam praecia censei debet; vel per accidens, atque id rursus vel respectu sui ipsius

A futipius, Gloriz ergo, cujus stimulo omnes accenduntur ad res preclarè gerendas: vel respectu aliorum: sic Amore & Benevolentia ducti, civibus suis benefaciunt. Et Amor mediis est inter utrumque.

Cum omnes à Sicilia raptam Proserpinam putarint, per Proserpinam Siculi, tanquam per familiare numen, jurare consueverant. Aristophanes in Vespiis. *ἴα τὸν κίρπον*, Sanè per Proserpinam. *Nat. Com. Mythol. lib. 3. cap. 16.*

Penni domi forivse semper per patris deos jurabant. *Alexander lib. 5. cap. 10.*

Manes mortuorum.

Veteres primum per deos, mox etiam per manes defunctorum jurabant, si quando majore cum affectu jusjurandum proferre vellent. Sic Demosthenes de Corona: *ἡ μὲν τῶν θεῶν παρακλητικὴ ἀνάγκη τῶν δὲ νεκρῶν ἐπιχειρηματικὴ. Quin- til. lib. 9.* Eos enim, qui pro patria fortiter pugnando occubissent, tanquam Heroes colebant. *Bradens in 4. Epig.*

Cum bellum esset inter Prienenses & Samios, initio mediocribus damnis invicem sese afficiebant: deinde iusto prælio commisso, mille Samii à Prienensibus occisi sunt. Septimo post anno congressum Mileisii, apud Quercum appellatam, primos quoque civium ac nobilissimos simul uno prælio amiserunt. Quo tempore Bias ille sapiens Samum à Prienensibus orator missus, egregiam laudem adeptus est. Post eam itaque calamitatem atrocem ac miserandam, Prienensium Fœmina per tenebras, quæ circa Quercum erant, obtestari ac dejerate cœperunt, quòd liberos, parentes, maritos, charissima quæque pignora eo loco perdidissent. *Plutarchus in problem. Græcis.*

Ethiopes per defunctos, quorum corpora vitto servabant. Egyptii per eosdem, quos in scissilibus circa templa condebant. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 18.*

Epidaurii per Semelem jurabant. *Alex. l. 5. c. 3.*

Philosophi per Socratem, tanquam per numen sanctissimum, jurare soliti erant. *Alex. l. 5. c. 10.*

C. CALIGULA maximum juramentum, nec pro concione, nec ad milites, nisi per nomen Drusillæ, sororis & uxoris, præstitit, post ejus mortem. *Suetonius.*

CLAUDIUS Cæsar Imperio stabilito conversus ad officia pietatis, jusjurandum neque sanctis sibi, neque crebris instituit, quam per Angulium. *Idem.*

Angilli, qui circa Cyrenem sunt, & Nasamones, per manes defunctorum, quos veluti deos colebant, jurabant, illorum sepulchra contingentes. *Calvus l. 18. c. 38. Antiq.*

Principis genium, salutem.

Imperatorum tempore, per salutem & genium principis omni dejerate, præstantissimum jusjurandum erat. Tiberius tamen Cæsar de se præstari vetuit, & Nero collegam suum Antillium in acta sua jurare inhibuit. *Alex. l. 5. cap. 10.*

Corporis partes.

Jurare solebat Polyphemus Cyclops per unicum oculum suum, qui videret omnia, semperque visurus esset. At Telemus vates illi prædixit fore, ut ab Ulyse exocularetur.

Græci per caput alterius jurare consueverant. *Juvenalis: — Græcis nondum jurare paratis per caput alterius.* Virgilius: *Per caput hoc juro.*

*Erasmus in Adagio.*

OTHIO Magnus Imperator, si quando restraxerat setias, per barbam suam, quam admodum prolixam alebat, jurare consueverat. *Cuspinianus.*

Animalia.

RHADAMANTHUS Jovis & Europæ F. ne deorum appellatione parum religiose homines uterentur, primus per Anserem & Arietem jurare docuit. *Enstathius Odyss. 7. & Suidas.*

LAMPON aruspex (cui Atheniensium coloniam Sybarim missam adscribitur) jurabat per Anserem, ut fatidicam avem. Hinc proverb. *Lampon, cum aliquem fallit, anserem jurat. Idem.*

TERULLIANUS Socratem quercum, hircum & canem in contumeliam deorum dejerasse perhibet. At Brodeus ex Attiliophanis glossograho probi superstitiosive hominis jusjurandum, non deos contententis, fuisse autumat. Hinc Sofias apud Aristophanem, vir modestus & innocens, non

philosophos illudens, *μὰ τὸν κύνα*, dejerat. *Philosophus E Apollonii, l. 6.* de Socrate loquens: *ἀνατὰ τὸν κύνα & τὸν χίμαιρα τὸν γάλακτος* (addunt & Gallinaceum) *ὅχι ἂν δεῖ, ἀλλὰ μὴ δεῖσιν.*

Plantas, Fructus.

Ægyptii per alium, porrum & cepas. ZENO Cittiæus, Stoicorum parens, cum Socratis jusjurandum per canem imitaretur, & ipse per capparim jurabat, ut inquit Empodius in Memorabilibus. *Athen. lib. 9. cap. 2.*

TELECIDES in Prytanensibus per brassicas jurat, similiter & Epicharmus & Eupolis. Quod jusjurandum Jonicum esse videtur, *ναὶ μὰ τῶν κριθῶν*: quod multis exemplis è veterum poematibus repetitis, docet *Athen. lib. 9. cap. 2.* ed quòd huic divinatoria quædam vis infuit, eoque & factam habitam tradit.

Montes.

Cappadoces per montem, quem pro Deo colunt. *Alex. Aquas, Flumina.*

Græcis per terram, per fontes, amnes fluentes sanctissimum jusjurandum fuit. *Alexander.*

Mallageta per Tanaim & Meotidem paludem. *Idem. Scythrum, Solium regis.*

Per regium sceptrum, in quo jura dabant, Græcos fidem datam firmasse constat. *Homerus lib. 2. Iliados, Agamemnonem per sceptrum suum juramentum introducit.*

Jusjurandum de rebus magnis præstabat Scythæ per folium regis, aut per ventum & acinacem. *Herodotus. Quaternarium.*

Pythagorei per quaternionem jurabant; siquidem hunc numerum ad animæ integritatem spectare dicunt: in his fuere Mens, Scientia, Opinio & Sensus: sive, Mens, Spiritus, Animus & Anima. Extat versus inter Pythagorica symbola: *οὐ μὰ τὸν ἑσπερῆ ἄλλὰ τὰ τετρακτῶν τὴν ἀριθμῶν*, id est, Non per eum, à quo animæ est datus ille quaternio nostræ. Existimant enim, hunc numerum usque ad animæ perfectionem pertinere, ut eum in arcanis venerentur. Auctor *Macobrius 1. comm. in Sem. Scip.* Pythagoras in carminibus aureis, quaternionem sacrum animæ fontem vocat. *Erasmus in Adag.*

Apostasiam.

Uique hodie à Christianis jurando dicitur, cum aliquid quod facere nolunt, rogantur: *Judeus sim ego, si faciam ut Petrus Alfonso titulo 2. Dialogi indicat.*

Calamitates humanas.

Mos erat Veterum, primum per Deos jurare, deinde proprias calamitates subijcere. *Homerus: Non per Jovem, Agelæ, & dolores patris mei. Odyss. v. Apollonii Comm. lib. 2.*

Convictum.

Apud Scythas potissimum convictus religiosissimus habetur, ac per convictum jurare, sacrum & sanctum habetur. *Pont. in prologo libri de Conviventia.*

Q U O M O D O.

Fidei danda modus vel facer est, quando per Deos, per sacra religiose concipitur, & sic ad Justitiam quoque religionem, ubi de Nominis divini cultu in confirmandis occultis agit, pertinet: vel est profanum. Quod si veritatis in super studium in hisce consideres, sub titulo *quædam dicitur sum quoque H locum invenies.*

Indicorum Instrumenta.

ABRAHAM servum suum manum femori suo supponere jussit, ut eum per Deum cæli terræque obtestaretur, ne filio suo Isaac aliam, quam ex paterna domo, uxorem adluceret. Ergo servus manu femori Abraham domini sui subjecta, in rem illam juravit. *Gen. 24.* In solitum profecto fidei sancienda servus. sed soli Abraham conveniens, in cuius lumbis Mellias, cæli terræque Dominus, adhuc latebat. *D. Bernardus serm. 6. in vig. Natalis.*

Quin Judæi tanta reverentia divini nominis tenebantur, ut nunquam jurarent per nomen tetragrammaton: quin etiam hodie summum apud eos est Juramentum, *Imro per Iod, he, vau, & he*, quæ sunt prima quatuor litteræ illius nominis.

Illi ipsi nullam servant juramentum religionem, nisi manum jurando imponant super librum legis: quod si alio ritu jurent, audacter jurantur fallum. *Corn. a Lapide comm. in c. 5. Levit. Jura*

A Jurabant olim etiam manu sublata in cælum, ut constat *Exod. cap. 17.* quo ritu testantur Deum qui in cælis est; quod etiam nos observamus.

Christianorum.

Solebant olim Christiani jurare in templis, atque tacto sepulchro Sancti alienius, certa verba pronuciare: & forma quodam testatur in *Georgii lib. 5. epist. 33.* Juro, inquit, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, inseparabilem divine potentia Trinitatem, & hoc corpus beati Apollinaris martyris, me pro nullis favore personæ, neque commodo aliquo interveniente, testari: sed hoc scio, & per me ipsum cognovi, quia ante tempora Joannis quondam Episcopi, Ravennas Episcopus, præsentem Apocryfario sedis Apostolicæ illo atque illo, illis & illis diebus, consuetudinem utendi pallio habuit: & non cognovi, quia hoc latenter vel absente Apocryfario usurpasset.

ANDRONICUS Imp. sacra accepta Eucharistia, cum jam ad calicem bibendum accederet, manibus extensis, & vultu ad tristitiam composito, per veneranda mysteria in frequentissimo altantium cæta juravit, se non alia de causa Imperium accepisset, nisi ut Alexium Imperatorem & consobrinum juraret, ejusque stabilire potentiam. *Nicetas Choniates.*

Solitos esse Francos, jurando aliquod confirmantes, stipulas dextris manibus tenere, easque ejicere coram Deo & Angelis ejus, patet ex supplicatione populi ad Carolum.

Passim juratur apud Christianos manu in cælum sublata, sive digitis in altum protensis, quo Deum è cælis velut advocare in testem profertur; & ut cæli sunt æterni, ita firmum fore, quod juramento promittimus, protestamur.

Helvetii autem, ex quo ab Ecclesia desciverint, non amplius per Sanctos, sed per Deum & sancta Evangelia jurant, in fœderibus aut contractibus sancientes.

Ethnicorum.

Græcos nonnunquam verre apprehensio, & stricto in jugulum gladio, cælum & terras, & ultres furias advocare, & testes facere, moxque verre immolato, & in mare dejecto, jusjurandum præbere solitos scribunt. *Alex. lib. 4. cap. 10.*

Syraculani magnum juramentum peragunt tale. Qui fidem daturus est; templum Cereris & Proserpinæ ingressus, sacris quibusdam peractis, vestem deæ purpuream induit, sumptuose ardentia tæda adjurat. Hoc Calippus Atheniensis cum peregrisset, & juramento conjurationem contra Dionem inibat negasset, usque ad eòd contempserat, ad expectatam deæ, per quam juratus fuerat, die festo, cadem patrarit Proserpinalibus. *Plut. in Diene.*

Apud Samnites ara in medio constituta, ac casis victimis, omni aditu sepro, jurans introducebatur, & futrali carmine, mer stragem victimarum, dura exortatione adstringebatur. *Alex. lib. 5. cap. 3.*

Apud Rom. præ cæteris ex omni memoria sanctissimum jusjurandum erat, ut jurans terram tenens, cælum deorsus contestans, conceptis verbis se & caput suum, ac stirpem & familiam, bona & fortunas, quibusdam additis precationibus, devoveret. *Alex. lib. 5. c. 3.*

Idem agnum levam manu dextra silicem tenebant: & si fallerent, agnum cæteroque deos precabantur, ut ita eos mactarent, quem admodum ipsi agnum elidebant. *Livius lib. 1. & 20. & Polybius.* Sextus Pompejus scribit, juratos per Jovem lapidem tenere silicem solitos, ejusmodi ferè verba enunciantes: *Si sciens fallo, qui me despicit, salva urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Ad quam verborum conceptionem alludit M. Tullius Epistoliarum familiarium libro septimo. Cælius lib. 21. cap. 15. Antiq. Lett.*

Scylavi olim fœdus icturis religioni erat calculum in undas conjicere, seque, si pacto non stetit, merfi lapidis exemplo perituros orare. *Sæx lib. 4.*

APUD INDOS.

In India orientali, ut observavit *Lynschotus in sua histor. p. 2. c. 40.* in Provincia Bellegate post Goam sita, hunc habent morem, ut si per testes res aliqua veniat adferenda, ut Judices illorum dicta excepturi citulum in pavimento ex cineribus furnarum depingant, in cujus medio illos constituunt. Cum autem testimonia dicenda sunt, confurgunt & pugillum ex eo cinere capiti imponunt, alteram manum vertici, alteram pectori superponentes: jurantque lingua vernacula in honorem Pagodes idoli sui, asserentes se veritatem dicturos de

omnibus quibus rogabuntur. Credunt autem se in æternum Exitium tradendos, si fidem fallerent.

U B I.

Loca jusjurandi causa adiri solita, Pete ex Tit. *Impietatis erga Deos eventus, Perjurii poena.*

Armenii jusjurandum de rebus magnis in templo Anaitidis deæ, quam maximi numinis instar habebant, præstare consueverant. *Alex. l. 5. c. 10.*

Græci in Jovis Olympii templo, & in arce Athenis testati, tanquam in adyto quodam, plerumque tabulis ex antiquo ære confectis sancta & facta habuerunt. Idem libantes dixi, in ædibus sacris jurare, magnum vinculum juramenti existimabant. *Alex. l. 5. c. 10.*

Athenienses nonnunquam in Isthmo, aut ludis Pythiis, fœdera icta, & leges dictas, pactioneque erectis titulis perpetuo tempore duraturis publicant. *Alex. l. 5. c. 3.*

Rom. liberis, cum jurant Herculem, hoc facere prohibent sub tecto, ac sub dio progredi jubent. Utrum, ut nonnulli ferunt, quòd domi residuam ignaviam Herculi non gratam, verum vitam fœdalem, & rusticam arbitrantur: An potius, quòd deus hic non sit indigena, sed è longinquo peregrinus? Neque enim Liberum patrem jurent sub tecto, qui item est hospes: si modò ille est, quem Græci vocant Dionysium. An potius per jocum, facilitatem ac promptitudinem ad jutandum corripere volebant, ut auctor est Favorinus: Nam cum apparatu quòd sic, id cunctationem adferret, & permittit deliberare. *Plur. in Gent. Rom.*

QUI.

Heroes.

Scriptis mandatum est, adeò Herculem ad jusjurandum accessisse religiose, ut semel modò adjuraverit, atque uni Phili Augei filio. Hinc Pythiam Lacedæmonis hoc sacramenti genus proposuisse: quod confirmare absque jusjurando satius & melius sit. *Plur. in quest. Rom. Magistratus, Reges.*

Consule *Treulam, Electionis magistratum.* Apud Lacedæmonios tex ante susceptum imperium jurat, imperaturum se juxta civitatis leges. *Nicolaus de moribus Gentium, & Stobæus Sermon. 42.*

Novem Atheniensium Archontes, videlicet eponymus, G rex, polemarchus, & sex thesmothetæ, cum magistratum inirent, publicè jurare solebant, se observaturos esse leges, neque passuros fidem suam donis muneribusve corrumpi: si qui ipsorum secus fecisset, eum culmque nomine autem statuum suam pensurum esse. *Pollux lib. Onomastici 8.* Meminit etiam *Plato in Phædro.* Suidas addit, auream statuum suam dedicaturos esse in urbe Delphis, & Olympiæ.

Indices.

Heliasæ Atheniensium judices, antequam ad judicandum considerent, solemnè tale jusjurando adigebantur: Sententiam feram, ut jubent leges, & decreta populi Atheniensis, & senatus quingentumvirum: neque tyrannorum, neque paucorum dominatum constitutam: nec, si quis evertat popularem statum Atheniensium, aut dicat, aut suffragetur adversus hæc, patiar: neque novas tabulas, neque capite damnatos reducam: neque eos, qui incolumes sunt, expellam contra leges, quæ extant, & decreta populi Atheniensis, & senatus: neque ipse neque alium quemquam concedam, neque magistratum creabo, ut imperet, rationibus alterius magistratus non relatis, sive sit ex novem archontibus, sive hieromnemnon, sive quicumque cum novem archontibus eodem die forte leguntur, & præco, & legatus, & synedri: neque bis eundem magistratum eundem virum, neque duos magistratus eundem genere sinam eodem anno: nec accipiam munera propter Helia judicatum, aut ego, aut alius quicquam mihi, aut alii me concipio, neque fraude, neque machinatione ullâ: & natus sum annos non minus triginta: & audiam accusatorem & defensorum quo animo ambos, & sententiam feram de quo est actio. Adjuro Jovem, Neptunum, Cererem, & ipse mihi exitum impercor, & familie mee, si quid horum transgrediar. Sin bona fide præstitero, præclara mihi multa, eaque bona eveniant. *Sigonius de rep. Athen. lib. 3.*

Romæ Judices capitulum verum conceptis verbis se nihil odio vel gratie vel precibus dare, solemnissimum jusjurandum præstare cogebantur: quod mox, depravatus judicis, fieri de- fectum est. Hoc quidem jusjurandum apud Ægyptios sanctius præstatur, in hæc verba: *Ut ne regis quidem ruinæ: aut*

justa

A iussa, à recto bonoque illos deducerent, aut transverfos agent. Alex. l.3. c.5.

Cives.

Lycircus in oratione adversus Leocratem, inquit: Vobis est iurandum, quod jurant omnes cives Athenienses, postquam in Lexarchicas tabulas relati, & ephebi facti sunt, se neque arma dedecoratos, neque ordinem deserturos; sed patriam defensuros, melioremque tradituros. Ulpianus in orat. de Ementita legatione, scripsit, eos qui ex pueris in ephobos excedebant, in sano Agrauli armatos iurasse, se pro patria pugnuros. Integra vero hujus sacramenti verba, prout scribit Pollux, ex Aristoxeno Pythagorico lib. apoph. hæc fuerunt: Non dedecorabo arma, nec deseram patronum (aditum in acie) quo cum victus fuero, si in eum incidero, pugnabo pro sacris & publicis, & solus & cum multis, & patriam hanc deteriorem tradam: & navigabo adversus terram, quamcumque accepero, & legibus que extant, & quas populus iusserit, prudenter obediam: si quis leges tollere voluerit, non permitam: sacra patria colam. Testes sint dii Agraulus, B Anyalus, Mars, Jupiter. Sigon. lib. 4. de rep. Athen.

Triplex fuit iurandum, quo se Athenienses compositis rebus obstrinxerunt. Unum commune, quod in hæc verba conceptum est: à μνηστειον εστι παλαισθη δδωι, αλλω εστι τοσσορτα, & εστι εδδωκα. δδωι τον, & αδδωκα δδωκα δδωκα δδωκα τον αργυρον & δδωκα. Alterum Senatus: à δδωκα δδωκα δδωκα, δδωκα δδωκα δδωκα εστι παλαισθη δδωκα, αλλω εστι εδδωκα. Tertium eorum qui res iudicabant: à μνηστειον, δδωκα δδωκα δδωκα. M. Antonius Muretus lib. 2. Var. Lett.

Milites.

Apud Scythas, si quis forte læsus bove, carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergo huius sitato sedebat, manibus in tergum reductis. Accedebat qui unque vellet optulati, & carniū portione gustata, dextroque pede imposito, pollicebatur, pro viribus auxilio futurum. Atque hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur. Lucianus in Toxaride.

Apud Macedones nisi militari sacramento miles adstrictus foret, hostem gladio percutere, aut militate, minime fas erat: C perindeque in eum militaris animadversio fuit, qui hostem militæ sacramento non adscriptus occideret, aut qui classico revocatus tardius pareret, ut qui civem aut socium injuria occidisset. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20. Genial. dier. Idiploma quoque Romanis in more fuisse, ex Catonis ad filium epistolam videre est, monentis, ne prius quam sacramento adscriptus esset, adversus hostem pugnaret. Causa erat, ut non nisi coactus ad alios perdendos ire videretur: & ut ducibus, quibus addicti erant, si ex acie fugissent, morte eos, quia contra iurandum egerant, mulcandi jus esset. Fulgof. lib. 2. c. 1.

Apud Lacedæmonios, milites hoc iuramentum præstare soliti sunt, eisdem cum Imperatore amicos inimicisque habituros, utque bonorum malorumque firma consensio inter eos & societatio esset. Alex. l. 1. c. 20.

De Atheniensibus memoriam prodium est, cum propter quotidianas contentiones, & violatum jus gentium, in se ipsi Megarensibus & animo hostili essent: quoties milites solito militari sacramento adigebant, hoc etiam iurandum illos subire cogebant, se intra militæ tempus quotannis, quoquo modo possent, Megarensium agros sine ictu infesto exercitum D invasuros & pervasuros agris, nihil intactum relictuos, atque in eo omni clade belli grassaturos. Idem.

Bello hostibus per faciem indicito, militibus scriptis dies præstinebatur à Romanis, quo die adessent, & ut citati Coss. responderent. Deinde ita concipiebatur iurandum, ut adessent, his additis exceptionibus, nisi harumce aliqua causa erit: Funus familiare: feræ vindemiales, Calendæque, quæ non ejus rei causa in eum diem collatæ sunt, quo is eo die minus ibi esset: morbus fonticus, auspiciumve, quod sine piaculo præterire non liceat: sacrificiumve anniversarium, quod rectè fieri non possit, nisi ipse eo die ibi sit: jus, hostiæ status, conductivæ dies cum hoste. Si cui eorum harumce quæ causa erit, eum se postredie quam per eas causas pagum, vicum, oppidumve delegerit. Gellius l. 16. cap. ex Cincii lib. 3. de re Mil. Lib. ejusdem 5. ita scriptum est: Cum delectus antiquitus fieret, & milites scriberentur, in iurandum eos tribunos militaris adigebat, in verba hæc: In magistratu C. Lælii C. filii Cof. L. Cornelii P. filii Cof. in exercitum, decemque milia passuum propè, futurum non

facies dolo malo, solus neque cum pluribus, pluris numi E argentei in dies singulos. Extraque hastam, hastile, ligna pabulum, utrem, sollem, faculam, si quid ibi invenieris, sustulerisve, quod tuum non erit, quod pluris numi argentei erit, ut tu ad C. Lælium C. filium Cof. Lælium Cornelium P. filium Cof. live ad quem eorum iuraveris, proferas, aut protuleris, in triduo proximo: quicquid invenieris sustulerisve dolo malo, aut domino vo, cuius id censetur esse, reddes, uti quod rectè factum esse voles.

Prius sua ipotè decuriatis equites, centurialis pedes, sacramenta munitè præstabant, apud Rom. Bello secundo Punico, Paulo Emilio & Terentio Varrone Cof. tunc primùm, quod nunquam antea factum, per tribunos militum à voluntario sacramento ad legitimum iurandum milites adacti fuere (Frontinus lib. 4. cap. 1. L. Flaccum & C. Varronem Cof. habet.) Quod quidem Imperator præstare nebat, primùm, seu mox ordine subsequebantur legati, inde tribuni, deinde centuriones, postea decuriones, mox præfecti castrorum, demùm milites: quod singulis annis, Calendis Januariis denud præstabant. Jurabant enim per deos solenne iurandum, postea in fata principum, & F iustu consulum conventuros, neque è castris, eorum iniussu, quævis occasio abiturus, non fugæ formidine causa extra ordinem recessuros, nisi teli sumendi, vel hostis ferendi, aut civis servandi causa. Neque in exercitu propeve decem passuum milli, pluris argentei numi furum facturos: extraque hastam, ligna, pabulum, utrem, sollem, si quid, quod pluris esset, nacti fuissent, id omne ad consules delaturos, aut dominis reddituros. Nonnunquam alio sacramento milites adactus comperimus, tunc cum ingens subeunda dimicatio foret, & in extremum discrimen venisset: Ut nisi victis, debellatis, fufisque hostibus victores forent, se ad castra nunquam redituros iurarent. Si ab universo exercitu iurandum consili præstandum esset, satis erat si centurio vel tribunus exercitus nomine, conceptis verbis sublimi voce iuraret, omnique multitudine & singuli milites, communi conspitatione & consensu, in eadem verba silentio in se quisque iuraret. Hocque iurandum, ac si concepta verba singuli expressissent, sanctum & illibatam habebatur. Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 20.

Præclarum est iurandum illud, quo se obstrinxerunt Græci, cum adversus copias Xerxis dimicaturi essent, in hæc verba: Vitam libertate pluris non faciam, neque deseram Imperatores, neque vivos neque mortuos, sed eos è focis, qui in prælio occubuerint, omnes sepeliam: & ubi barbaros devicero, ex iis quidem civitatibus, quæ pro Græcia pugnaverint, nullam devastabo: quæ autem barbari partes sequi maluerunt, omnes decimabo: fanorum quæ à barbaris incensa & diruta sunt, nullum omnino excitabo, sed sinam impietatis barbaricæ exstet in omni posteritate monumentum.

Longobardi olim, ut bellatorum numerum augerent, plures servili jugo ereptos libertate donarunt: utque rata haberetur eorum ingenuitas, sanciverunt more solito per sagittam, immurmurantes quædam patriæ verba, Dii te hæc sagitta debilitent, conficiantque, ubi patriæ ac principis fueris infidelis. Olaus lib. 8. c. 10. ex Pauli Diaconi lib. 1.

In Ierosolymitana expeditione Petri Eremitæ ductu cepta, cum jam Latini rem præclare gessissent, & Baldwinus Belga Edessam, Tancredus Apulus Siciliam virtute sua ade-H iusisset, ad exercitum nihilominus redire iussu, simul decretum ne quis iniussu discederet, omnique iuramentum adacti, se non nisi sacro bello confecto domum respecturos, opem commilitonibus in acie, in periculis, in laboribus laturos, singulos & inter se & universis, & singulis universos affuturos, ducum imperio obtemperaturos. Amilcarum lib. 4.

Sorores, Noxii.

Narrat Alcines in oratione de Ementita legatione, à patribus traditum, sua etiam ætate observatum esse, ut qui rei capitalis Reis iussu in Palladio præstitissent, cæcis victimis iurarent, iudices, qui sententiam secundum se tulissent, verè & iuste statuisse, & nihil falsi dixisse: sin minus, ipsum sibi & familiæ suæ peccem precari: iudicibus autem, ut multa, eaque bona evenirent, optare. Sigonius lib. 3. de Rep. Athen.

Medici.

Medicorum Aesclepiadum iurandum, quod Hippocraticum dicunt, tale fuit olim: Apollinem Medicum, & Aescu-

A Aesculapium, Hygeamque ac Panaceam iuro, deoque omnes itenique deas testes facio, me hoc iurandum, & hanc confessionem conscriptam, pro viribus & iudicio meo integre servaturum esse. Præceptorem sanè, qui me hæc edocuit artem, partem loco habiturum, vitam communicaturum, eaque quibus opus habuerit impertiturum: eos item qui ex illo nati sunt, pro fratribus masculis iudicaturum, artemque hæc, si discere voluerint, abique mercede & pacto edociturum: præceptorem ac auditorium, reliquaque totius disciplinæ præceptis facturum, tum meos, tum præceptoris mei filios, imò & discipulos qui mihi scripto caverint, & medio iurejurando addicti fuerint: alii verò præter hos nulli. Ceterum quod ad ægros attinet sanandos, dietam ipsis constitutam pro facultate & iudicio meo commodam, omnique detrimendum & injuriam ab eis prohibebo. Neque verò ullus preces apud me adèd valide fuerint, ut cupiam venenum sim propinaturus, neque etiam ad hanc rem consiliū dabo. Similiter autem neque mulieri talum vulvæ subditurum, ad corruptendum conceptum vel factum, dabo. Porò præterea sanctè & vitam & artem meam conservabo. Nec verò calculo laborantes secabo, sed viris chirurgiæ operantis ejus rei faciendæ locum dabo. In quacunque autem domo ingrediar, ob utilitatem ægrotantium intrabo: ad omnique injuria voluntaria inferendam, & corruptionem, quamvis, tum præferim opem vetererum, abstinebo: sine mulieribus, tum viris, liberorumve hominum aut servorum corpora mihi confingerit curanda. Quæcumque verò inter curandum videro, aut audivero, imò etiam ad medicandum non adhibitis, in communi hominum vita conovno, ea, si quid esset, non contulerit, tacebo, & tantquam arcana apud me continebo. Hoc igitur iurandum mihi integre servanti, & non confundenti, contingat & vita & arte feliciter frui, & apud homines in perpetuum gloriam meam celebrari. Transgredienti autem & pejeranti, his contraria eveniant.

JURAMENTI ILLICITUS USUS.

EXEMPLA HISTORICA.

Temerè emissum servanda.

C Cum esset semel in sancta civitate, scribit Sophron. Prætor Spirit. cap. 216. venit ad me vir quidam fidelis, & dixit mihi: Quia quædam indignatio oborta est inter me, & fratrem meum, & ille non vult recedere mihi, alloquere illum, & ad reconciliationem exhortare. Quod ego libentissimè suscipiens, conveni fratrem, locutusque cum illo sum ea, quæ ad charitatem & concordiam pertinere videbantur, vixique est interim obtemperare mihi. Postmodum verò dixit ad me: Reconciliari nequeo, quia juravi per Crucem, ultra illi non reconciliari. Quo audito, subitens aus ad illum: Juramentum tuum talem habet vim, ac si dixisses: Per pretiosam Crucem tuam Christe, non observabo mandata tua, sed inimici tui diaboli voluntatem faciam. Non solum enim non debemus ea servare, quæ à nobis pessimè definita fuerint, sed etiam maxime penitentiam agere, & assigi in his, quæ contra nostram salutem malè definitimus. Nam si Herodes penitentiam egisset, neque iurandum, quod tunc emiserat, servasset, nunquam profecto maximum illud scelus admisisset, ut Præcurem Christi decollaret. Quod quidem ipsius Basilii sententia confirmatur, quam de Evangelio sumpsit, quando voluit Dominus lavare pedes beati Apostoli Petri, cum illi primò pertinaciter obstitens, postea sententiam mutavit.

IMPIA NON PRÆSTANDA.

Humericus Gothorum & Alanorum Rex, Ecclesiæ Christiane hostis intensissimus, jubet, cunctos Episcopos, qui Carthagine fuerant congregati, quorum jam Ecclesiæ, dominos, & substantiam ceperat, in hospitibus, quibus erant, exspoliari, & exspoliatos foras muros propelli: non animal, non servus, non mutanda, quæ ferebant vestimenta, penitus dimittuntur: addens adhuc, ut nullus quempiam illorum hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret: qui autem hoc miseracionis causa faceret transisset, cum universa domo sua incendio cremaretur. Dum ergo gentes in circuitu murorum nudo sub aere facerent, factum est, ut Rex impius in piscinas exisset. Cui universi occurrere maluerunt, dicentes: Ut quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commissis ita perpetimur? Si ad disputationem congregati sumus, quare exspoliati? quare tradidimur? quare differimur, & sine Ecclesiis & domibus nostris foras civitatem, fame & nuditate laborantes, mediis retroisibus volutamus? Quos ille torvis

oculis aspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, E iussit super eos cum sessoribus equos dimitti, ut tali violentia possent non solum conterri, verum etiam necari. Quorum tunc multi contriti sunt, & præcipue senes & infirmi. Tunc deinde iubentur ad quendam locum, qui dicitur Aedes Memorie, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes aptatam. Ubi cum venissent, charta eis ostenditur involuta: diciturque illis ista subtilitate serpentis, Dominus nos Rex Humericus, licet doleat, quòd fueritis contemptores, & adhuc ejus voluntati obedire tardetis, ut ejus efficiamini religionis, cuius est ipse: nunc tamen bonum de vobis cogitavit. Si juraveritis ita, ut quod ista charta continet, faciat, dimittere vos? Ecclesiis & domibus vestris. Ad quod universi Episcopi responderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi sumus: Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem unam & veram tenemus, Apostolicam fidem silentio modico, illi qui à Rege fuerant destinati, fidei extorquerent Episcopis sacramentum. Tunc beati viri Hortulani, & Florentianus Episcopi, pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Nunquid animalia nos irrationabilia sumus, ut nescientes, quid charta contineat, facile aut temerè juramus? Acceleraverunt quoque illi à Rege destinati scripturæ ejus propalare tenorem, qui hujusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat: Jurare, si post obitum Domini nostri Regis, ejus filium Hildericum desideratis esse Regem, vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas epistolas dirigeret: quia si sacramentum hujus rei dederitis, restituet vos Ecclesiis vestris. Cogitavit tunc multorum pia simplicitas, etiam contra prohibitionem divinum sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quòd vitia sacerdotum, qui jurare noluerunt, non fuerint ecclesiæ restituta. Alii quoque astutiores Episcopi sentientes dolum fraudis, nequaquam jurare voluerunt, dicentes, prohibitum fuisse evangelicam auctoritatem, ipso Domino dicente: Non jurabis in toto, &c. Quibus ministri Regis: Secedant in parte (inquunt) qui jurare disponunt. Qui cum secederent, Notarii scribentibus, quid quis diceret, & ex qua civitate fuisset, exceptum est. Similiter factum est de illis, qui minime juraverunt: statimque pars utraque custodius mancipatur. Post verò fraus, quæ celebratur, apparuit. Jurantibus dictum est: Quare contra præceptum Evangelii jurare voluistis? Iussit Rex, ut civitates atque Ecclesiæ vestras nunquam videatis: sed delegati, colonatus jure ad excolendum agros accipiat: ita tamen ut non psallatis, neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus gesseritis, neque ordnetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non jurantibus ait: Quia regnum filii Domini nostri non optatis, idcirco jurare nolulistis, ob quam causam iusti estis in Corsicam insulam relegari, ut ligna profutura navibus dominicis incidatis. Victor. Pricens. lib. 3. de perfectione Vandal. apud Baron. tom. 6. ann. 484.

PROVOCATIO AD JURANDUM QUÆ ILLICITA.

Aliquid dicam, inquit D. Augustinus serm. 11. de Sanctis, quod nunquam dixi charitati vestræ: in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, benè fidelis, à multis vestris, id est Hipponensibus, imò ab omnibus cognitus, Tutuslymenus vocatus. Tutuslymenum quis vestrum non novit, qui estis cives? Ab illo audi quod dico. Nescio quis negavit ei, vel quod ei debebatur: H & hominis fidei se commisit. Commotus provocavit eum ad iurandum. Juravit ille, iste perdidit: sed isto perditente ille penitus perit. Dicebat iste Tutuslymenus homo gravis & fidelis, ipsa nocte exhibitum se fuisse ad iudicem, & cum magno impetu & terrore se pervenisse ad præsentem excelsum quendam & admirabilem virum, cui patebat officium similiter excelsum: istum fuisse perturbatum, retrò revocari, & interrogatum fuisse his verbis: Quare provocasti hominem ad iurationem, quem sciebas falsum esse iuratum? Respondit ille: Negavit mihi rem meam. Respondium est illi: Et nonne melius erat, ut rem tuam quam exigebas perderes, quam animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Prostratus iussus est cædi. Cæsus est tam graviter, ut in dorso evigilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi, posteaquam emendatus est: Parcitur innocentie tuæ, de cætero cave ne facias. Fecit ille quidem magnum peccatum, & emendatus est: Sed multò gravius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem, tale quid fecerit. Cavete à falsa iuratione

A tione, caveat & temeraria juratione: Ab his duobus malis securissimè cavebitis, si consuetudinem jurandi a vobis abstuleritis.

FACILE JURAMENTI POENA.

Eorum qui ab immundis vexabantur spiritibus, ingens quotidie ad D. Auximum Abbatem consuebat multitudo, ex quibus plurimi sanctissimi ejus precibus sunt curati. Die quodam venerunt ad eum duo morbo elephantico turpiter deformati, ut fanitatem ab eo perciperent. Quibus vir sanctus: Nostis, inquit, fratres, qua de causa ira Dei in vos deserviat? Vos frequenter levissimis de causis sacrosanctum illius nomen sumitis, juratis ac pejeratis; ideoque iusto illius iudicio prærens hæc calamitas vos premit: sed jam tandem peccatum vestrum agnoscite, & ad mentem redite, ut fanitatem consequamini. Hæc cum dixisset, omnes ad precandum hortatus est; & ipse flexis genibus, & ingenti lacrymarum vi profusa, tandem surgens, oleo sancto à vertice ad pedes usque eos unxit, & inano atque incolomè a se dimisit. Ex Sim. Metaphrast. Zacha. Lippo. 14. Febru.

DE JURAMENTI USU ET ABUSU.

APOPHTEGMATA ETHNICORUM.

THALES, adultero scilicet, an abjuraturus esset adulterium? Non, inquit, est perjurium adulterio pejus. Significare voluit vir sapientissimus, illum fuisse dubitare de pejerando, qui facinus perjurio par non dubitasset committere. Eoque in atrocioribus sceleribus nihil ponderis habet jurandum. Quisquis enim audeat dare venenum, audebit & cum perjurio inficiari. Thales dictum recitavit à Laertio l. i. c. 1.

SOLOM tantam morum probitatem inesse hominibus oportere dicebat, ut non opus esset ligare juramento. Max. ser. 33.

CLEANTHES dicebat, juramentum eo ipso quo jurat tempore, verè jurare aut pejerare; nam si ita jurat, tanquam facturus, quod ad jurandum attinet, verè sanctèque juravit: sin propòsito dissentiente, tanquam non facturus, pejeravit. Stob. ser. 28.

CLEOMENES, cum Argivis septem dierum pactus inducias, cum observans deprehendisset illos tertio nocte indulgere somno, fiducia scilicet induciarum, adortus est eos, & alios interfecit, alios abduxit captivos. Cæterum quum illi probro daretur violata jurandi fides: De diebus, inquit, pactus sum, noctes non addere sine in iurejurando: Quanquam & alioqui, quicquid mali quis fecerit hostibus, id & apud deos & apud homines habetur iustitia præstantius. Verum huic magnificæ voci non respondit eventus. Nam & urbe, cuius gratia violatæ convenia, frustratus est, eò quòd mulieres, detrahitis è templis deorum armis, illum vicerunt: perinde quasi diis ipsis, quos contempserat, pœnas de ipso sumentibus. Postremò verus in demeritiam, ipse sibi gladiolo quodam fodit & incidit corpus à talis usque ad loca vitalia, itaque vitam finit, ridens ore deducto. In hoc apophthegmate nihil habes imitatu dignum, utile tamen exemplum ad vitandum iurejurandi violationem. Plut. in Lac.

AGESILAUS Barbaros, qui iurejurandi religionem violassent, ita laudare ac probare solebat, ut diceret, eos nulla re magis deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum iurejurandum temerè violarent. Helian. lib. 14. de varia hist.

PERICLES amico roganti, ut pro se salum diceret testimonium, cui adjunctum erat iurejurandum, hoc est perjurium, respondit: Se quidem amicum esse, sed usque ad aram. Sentiens, aliquonque gratificandum amicis, sed citra iurejurandi violationem. Plut. in apophth.

BOCRATES iurejurandum oblatum duobus de causis fide firmandum esse suadebat; vel ut reipsum turpi suspitione liberet, vel ut amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum verò gratia, est iustum causam haberes, non per deos iurejurandum dicebat. Stob. ser. 25.

LYEURCUS eatenus amicis & familiaribus auxilium cum esse dicebat, ut interim perjurium non admittetur. Ibid.

ALEXANDER itaturat Lampscam dicitur. Ad id tendenti cum Anaximenes veniret obviam extra muros, deprecaturus sine civitatis perniciem, Alexander suspicans, quid esset petiturus: Juro, inquit, me non facturum, quod petet Anaximenes. Tum Anaximenes, Peto, inquit, ut Lampscam diruas. Captus erat Alexander, & iurejurando compulsus est servare quos demoliri itaturat. Erasim. lib. 6. apophth.

Populus Rom. Carbone pollicente quippiam, & addente iurejurandum cum execratione: vicissim iuravit, se illi non

credere. Prohis viris & injuratis habenda est fides: levibus Ene juratis quidem. Erasim. lib. 6.

Christianorum.

S. LUDOVICUS Franc. Rex tanta circumspessione iuramenta præstari volebat, ut frequentius dixerit: Libens libensque candentis ferri aditionem pateret, si iuramenta eo pacto regi mei finibus proficere possem. Audivit hæc, qui vitam ejusdem consecravit, Iovius, & refert c. 83. atque ex Labeyri. in apophth. Christ.

Eodem auctore accepimus, dum ad pactum cum Saracenis de captivorum redemptione stabilendum, genus quoddam iuramenti pietati Christiane dissentaneum exigent, reculasse se ea forma iuratum. Instantibus verò Proceribus, eo pacto jurate, nisi captivos omnes periculo vellet expositos: Integrum, inquit, eis sit facere quod lubet: ego malim certè pius Christianus occumbere, quam irato Deo, beataque Virgine, vitam ducere. Ibid. cap. 46.

MARCELLUS II. Pont. Pontificatu suo, rogatus à Cardinalibus, ut de morte illi diplomati subscriberet, quo iuramento obligaretur, se certum tantum Cardinalium numerum assumpturum, ratus, non esse sufficientem iurejurandi necessitatem, tenuit, dicens: Re id præstaturus sum, verbis nolim. Omph. Panin. in vita.

Juraverat apud Constantium Mag. Imp. Artius, se nunquam esse opinionibus adhefurum, propter quas cum Alexand. Episc. Ecclesia egerat. Libertati itaque ab Imperatore restituitur, hoc dicto: Si recta est fides tua, bene iurasti: sin autem impia, & tamen iurasti, Deus de celo de te ferat iudicium; & ita Imperatore eluso, abiit: à Dei ultionem non evasit. Theod. lib. 1. Eccl. hist. scribere cepimus, Jutha Othonis II. filia finem imponat. Nutriebatur apud Ratipoonam in Cænobio religioforum virginum. Unde ejus fama pernotum Udalrici regis Bohemæ filius, eam vi rapuit, & matrimonio junxit. Deteftatus est illud facinus Imperator, iurejurando affirmat exercitum se in Bohemiam duciturum, & Udalricum, ejusque filium, pœnas sceleris daturum. Castra movent, hinc Otho, illinc Udalricus: cum Jutha (victa magnitudine periculorum muliebri pavore) per media tela patris colloquium, priusquam furor ardeat amplior, exposcit. Impetrat non alioquin tantum, sed & pacem: at iurejurandum quo se obtinere Gxerit, urget pater. Cui illa: Vana est religio que sceleris locum facit; vim criminibus sacramenta non addunt. Prudentem notabat, iuramenta impia servanda non esse. Munsterus de Germ. lib. 3. cap. 499. Beyeri. supra.

Refer huc Titul. de Perjurio, in quo multa que illicitum iuramenti usum adstruunt, & perjurii crimen pœna divinius illi inflicta manifestant.

Jus. Jurisprudencia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

U S à Jusu deducunt, & nihil est aliud, quam quod vel natura, vel civitas, aut populus, aut gens, aut consuetudo jubet, dixi, si dixerit. Differt à lege, quod jus generale est: Lex autem ad jus scriptum. Heb. Dath, mandatum, decretum, à Dath, ordinavit. Jurisprudencia verò, Juri atque Injuri scientia est; hoc est ipsa ex æquitate, disciplina, integra & sine offensione. Budarus dicit esse artem boni & mali.

JURIS SPECIES.

Jus naturale est commune omnium nationum, eò quòd ubique instintu nature, non constitutione habetur aliqua, ut habetur distinctè 1. in princip. Sive quòd ex ipsis rerum principiis oritur.

Jus civile est, quod est sociale ad vitam, ut sufficiens sit ad libertatem, & qualitatem, vel secundum proportionem, vel secundum numerum. Ex Arist. lib. 5. Ethic.

Jus civile est, quod quicque populus, vel civitas sibi proprium, divina, humanaque causa constituit, ut hab. dist. 1. circa princ.

Jus gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, sedera pacis, iudicia, legatorum non violandum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde jus gentium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes utuntur: ut hab. dist. 1. Jus gentium.

Jus militare est belli ferendi solemnitas, federtique facendicexus, signo dato egressio in hostem, vel pugne commissio. Item signo dato receptio: ut hab. dist. 1. Jus militare.

A Jus primò impositum est ad significandum rem justam. Secundo artem, qua cognoscitur. Tertio locum. Quarto, id quòd redditur à iudice. Ex B. T. b. 2. 2. quali. 57. art. 1.

Jus positivum est, quòd pendet ex libera Dei vel hominum voluntate; unde & mutari potest.

Jus Canonicum, quòd auctoritate Concilii, vel Pontificis est conditum.

Jus divinum est, quòd auctoritate divina: humanum, quòd humana est conditum.

Jus patronatus est potestas presentandi clericum ad beneficium Ecclesiasticum. Secund. B. T. b. 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2.

Jus patronatus laicus conceditur, ut citius inducantur ad fundandum, vel dotandum Ecclesias. Glossam extr. au. gloss. 2. 2. suscepti regimini de elect. ver. vel personis.

APOPHTEGMATA.

SERVIDIUS Scaevola, vir tum jurisprudencia, tum M. Antonii Imperatoris amicitia celebris, dicere solitus est: jus civile vigilantibus scriptum esse, non dormitantibus. Sentiens, Jurisprudencia non sine summo studio percipi; quemadmodum Aristoteles se edidit libros Naturalium, ut non essent editi, nisi viva vox doctoris accederet. Refertur lib. Pandectarum. 4. 2. tit. Que in fraudem credit. l. pupillus. Verum ut Scaevola merito requirit studium, ac vigilantiam à jurisprudencie candidatis: ita nemo non improbat sententiam Jodoci, qui Mecliniensi senatui presedit. Nulquam enim non magna contentione tuebatur, neminem posse vel unius legis intelligentiam consequi, qui quicquam sciret in bonis litteris. Et cum in convivio quodam mecum disputans in caluisset, addebatur, vix esse tunc in orbe, qui leges Cæleares intelligeret. Aderat huic convivio Joannes Sylvagius, Caroli tum regis Cancellarius, Georgius ab Haloino, Blasius jureconsultus, & alii nonnulli: Fatebatur tamen, Bartolum leges ad plenum intellexisse, cum constet, illum tot locis hallucinatum esse. Erasim. Roterdamensis lib. 8. apophth.

ALEXANDER Severus: Necessè est, inquit, ut qui emit vendat. Ego verò non patiar mercatoris potestatem: quòd si patiar, amare non possum. Erubescit enim punire illum hominem, qui emit & vendit. Lamp. in Alex. Severo.

Judicibus, qui juris scientia carerent, Mide articulas assignabant veteres: neque aliud ad stolidos iudices ornamentum devenire potest. Quantum verò Reipublici utilitati, imò & necessitati, conferat hæc scientia, docuit Cardinalis Aldobrandinus. Ille enim, Facillimum esse, inquit, abest, sine Jurisprudencia jus ipsum pervertere: difficillimum etiam jus dicere, nisi cognoscatur. Henricus Barnes. in Apophth. de Principe.

Idem, Juris scientiam in actione magis quam cognitione consistere dicebat. Rogatus namque, quem inter Principes maximè iustum existimaret: Eum, ait, qui vitæ potius exemplo populum, quam vocis testimonio instruit. Ibid.

JURIS DIVISIO VARIA.

Dividitur Jus respectu finis, in Publicum & Privatum. Illud dicitur, quòd ad statum Reipublice: hoc, quòd singulorum utilitatem respicit. Illud ex iure Imperii Rom. sumptum, hoc autem ex præceptis naturæ communis, & patrum ex natura humane recte ratione & usurpatione, quòd Jus Gentium vocamus, dicitur esse institutum civilibus derivatur.

Secundum formam, Jus dividitur in scriptum, ad quòd pertinent constitutiones & recepta: & non scriptum, constitans ex moribus utentium inveteratis, & receptis, ut consuetudo.

Secundum materiam causamque efficientem, in sua generalitate dividitur in Jus Civile, & Canonicum. Illud quidem Imperatorum Justinianum: hoc Pontifices Romanos auctores habet. Interim verum nomen est, quòd juris materia latissime extenditur, vel ad personas quibus jus redditur, & quantum causa est constitutum: vel ad res, de quibus redditur: vel ad actiones, per quas redditur. Videatur. Mart. V. V. Sembricus in Oeconomia Juris, ad lib. 1. Institut. & infra Tit. Oeconomia Juris.

JURIS DOCTORES, PROFESSORES.

Inconsultorum alii in scholis docent, alii de Jure clientibus & iudicibus respondent: Alii quidem præcepta tradunt, hi verò in iudiciis iuris exercentur. Exercitatio affectam habet eloquentiam. Eque propter nos sub Tituli Rhetorum, Oratores & Causificos enumeravit, qui aliqui natione rei subiecte ad hunc locum referri debent. De Inconsultis nunc agamus sive docent: Jura sive de Jure respondent. Eiusdem Romani juris interpretum veterum vitæ Bernartinus Rutilius Coloniensis, & F. R. Hohmannus: neotericorum verò Jo: Richardus

Francosurtensis, VV. DD. ingeniose & eleganter describere. E Quorum nos laboribus, quòd semel monuisse sufficit, in sequentibus utemur.

QUORUM. APUD QUOS.

JUDÆORUM.

Apud Israelitas graviore cause Pontifici & Sacerdotibus proponebantur dissolvende. Qui quòd cunque respondissent, illud sacrosanctum, tanquam ex adyto de promptu, habebatur. Contumaci pœna mors erat. Deut. 17.

ROMANORUM.

Pragmaticos, Græci juris interpretes appellant, ut ait, Fab. l. 3. c. 6. ut Pragmaticus sit juris ejus, quòd in ordine iudiciorum, cautionibus & formulis versatur; peritus, quum Jurisconsultus etiam de negotiis, de quibus certum jus erat nullum, consuleretur: veluti, ut scribit Quintilianus, de verborum proprietate, aut equi disceptatione, aut voluntatis conjectura. Hotoman. de Verbis juris.

Antecessorum nomine, juris doctores ac magistris intelligi, perspicuum est ex locis innumeris. Itaque Helychius, inquit, à rōis rōis rōis rōis. Hist. in consili. cuius initium est, Omnem, & in ea quæ est, De composit. dig. Theophilum & Dorotheum jurisperitos & facundissimos Antecessores quum appellasset, postea dicit, illum Constantinopoli, hunc Beryti juris profectorem fuisse. Ut appareat eos quos Græci ἐμπειροὺς, interduum rōis rōis appellat, id est, interpretes, magistris, præceptores, ea ætate Antecessores ab antecedendo, item ut illos à præcedendo dictos esse. Suidas etiam ἐμπειροὺς juris legumque Doctores interpretatur. Hotom. de Verbis juris.

De Jure Romani origine Pomponius præclarè lib. 1. Digest. Tit. 2. differit. Primum fuit Jus Papyrianum. Deinde à Græcia leges XII. Tabularum à Decemviris petita, & tabulis eboris pro Rostris posita. E quibus jus civile fluere cepit, ex iisdem legis actiones compositæ sunt. Omnium tamen harum & interpretandi scientia & actiones, apud collegium Pontificum erant. Ex quibus constituebatur, quibus quoque anno præsertim privatis. Et ferè populus annis prope centum hac consuetudine usus est: Postea cum Appius Claudius profouisset, & ad formam redegerit hæc actiones, G. Flavius, scriba ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & ut Cicero inquit, cornicum oculos confixit. Fuit autem gratum ad eòd librum populo, ut tribus plebis fieret, & Senator, & Aedilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur Jus civile Flavianum: sicut ille, Jus civile Papyrianum: Nam nec Gn. Flavius de suo quicquam adiecit libro. Augescere civitate, quia deantur quædam adjecti genera, Sex. Aelius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur Jus Aelianum. Intervenerant postea plebscitata populi, cum plebs à patribus secessisset. Item & Senatoria, & prætorum edicta: quòd Jus Honorarium dicebatur, ab honore prætorum. In prima igitur illa legum paucitate Jureconsulti necessitatò requirebantur, qui ea quæ à lege univèrsim dicebantur, explicarent: postea verò legum numero aucto, non minor eorumdem fuit usus, ut consilia distingui possent, & discerni. Quamvis ergo penes Pontifices olim interpretatio ipsa sita esset: postquam tamen Flavius scriba actionum librum populo communicavit, quamvis eo populus summo perere gauderet, tamen eo ut non poterat propter imperitiam, & propterea Jureconsultorum auxilio opus habuit. Qui quidem vel transverso foro deambulantes, vel domi in solio sedentes, consultoribus de Jure respondebant, quicunque fiduciam suorum studiorum haberent. Neque responsa signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsis scribebant: aut testabantur illos, à quibus consulti fuerant. Primus Octavius Augustus, ut major juris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate ejus responderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit. Unde paulò post effectum est, ut Caligula inter cætera livoris in omnes viros claros sceleris, de Jure quoque consultis, quasi scientie eorum omnem usum aboliturus, sæpè jactaverit, esse effecturum, ne quid responderi possent præter æquum. Adrianus deinde, quasi pristinum morem & libertatem relaturus, cum ab eo viri periti peterent, ut sibi liceret respondere: rescriptis eis, hoc non peti, sed præstari atque effici solet. Et id eòd quis fiduciam sui haberet, placiturum se populo, ad respondendum se pararet. Postremò res eòd devenit, ut retento Augusti more, nemo Jurisconsultus appellaretur,

A retur, aut publicè jus interpretaretur, deque eo responde- ret, nisi eam auctoritatem à Principe impetasset. Quo- rum omnium sententiæ & opiniones in tantum honoris vene- re, ut ex Principum constitutionibus recedere ab eorum responso judicibus non liceret: & ex horum tantummodo scriptis Justinianus consueci Pandectas suas, cæteris rejectis, voluit.

PAPYRIVS major (prænomine incerto, alii Sex. alii Pub. alii Cajum, alii Manium vel Mamium appellant) rex primus sacrificulus fuit post eadèos reges. Hic leges regias apud pontifices sparsim delitescentes, omnes in unum contulit: quas Ancus Martius in delictudinem abeuntis, in foro quer- nis sculptas tabulis antè proposuerat. Hoc jus civile Papy- rianum appellatur. Quod mox allatis XII. Tabulis Tribuni- tia lege fuit abrogatum. Urbe à Gallis direpta, simul cum cæ- teris rursus illæ leges ex incendio conquistæ, & in vul- gus editæ, nisi si quæ ad sacra pertinerent: quas, ut auctori- tas earum major esset, Pontifices ipsi supprimebant. Vi- xit Tarquinius Priscus regnante, sub initia libertatis Ro- manæ.

B APPIVS Claudius decemvir, primus Romani juris XII. Tabularum auctor: cum tyrannidem affectaret, in carcere vel tribunorum iussa, vel voluntaria vi extinctus est. Pom- ponius librum de Usurpationibus ab eo scriptum, ad sua pervenisse tempora asserit. *Leges ex Gratia allata, Vrbis an. 302.*

HERMODORVS Ephesius Jurisconsultus, legum quæ à legatis Romanis ex Græciæ civitatibus allatae sunt, quum in Italia tum fortè exulare, interpres fuit, ob eamque causam statuta ei in Comitio dicata est. *Plinius l. 34. c. 5. & Pompon. lib. 2. §. 1. ff. de orig. juris.* ubi tamen Auctorem scribit, pro Adjutorem, Socium, Interpretem. Strabo libro decimo- quarto de Ephesibus commemorans: In ea, inquit, viri fuerunt memorabiles: è veteribus quidem Hetaclitus cognomen Obsecutus, & Hermodorus; de quo ille ipse loquens: Digni sunt, inquit, omnes ad unum Ephesii, quibus laqueo gula frangatur: qui Hermodorum virum inter ipsos uti- lem exilio multarunt, dicentes: Nemo nostrum utilis esto: aliquis alio in loco & apud alios sit. Fertur etiam is leges quasdam Romanis conscripsisse. *Horom. in descript. Iovis.*

C APPIVS Claudius Cæcus, 130. circiter annis post Decem- virum floruit, ejus abnepos aut pronepos: qui censor ex publicis vectigalibus vel invito senatu Appiam aquam in urbem inexit, cum prius Tiberinis aquis aut fontibus con- tentus esset populus. Patriciis infestus, Potitæ Veneris sacri- ficia servis publicis obedienda dedit, & ob eam impietatem humilibus fuit captus. Hic C. Flavianus, Cn. F. scribam suum, ædilem curulem dixit: qui civile jus repositum in penetrabi- bus Pontificum evulgavit, fastisque circa forum in albo propo- sit: ut quando lege agi posset, sciretur. Ob id munus Ædilis curulis & Tribunus plebis creatus est. Livius lib. no- no: Ergo cum Flavii opera fastos dies excessisset, & promul- gasset; Jus Flavianum fuit appellatum, quamvis Appius au- ctor esset. Scripsit nonnullas mortuorum laudationes, que usque ad ætatem Ciceronis pervenerunt, ut quidam Appium quam Catonem imitari mallent. Auctor fuit, ne pax cum Pvirho susciperetur.

P. SEMPRONIUS Longus, cognomeno Sophus, Coss. Cum P. Sulpitio Saverrione, anno ab V. C. cxxlix. qui Tribunus pl. Apium Cl. Cæcum censura se abdicate post decimum octavum mensem, recitata lege Æmilia, voluit.

T. CORVINIANVS publicè primus Jus civile professus dicitur, cum superiores consultoribus tantum responderent, non autem dicere cupientes docerent. Primus de plebe Pon- tificum Maximus creatus, 500. circiter à condita Urbe annis. Nulla hujus scripta, sed responsa tantum fuisse, Pomponius scribit, transverso foro deambulantis, aut domi in folio se- dentis; quorum utilitatem Seneca quasi seculo suo existan- tem citat.

M. FABIVS Pamphilus, qui ante secundum Punicum bel- lum bis fuit consul, juris civilis peritus, & legatus Cartha- ginem cum aliis ad Annibalem ab oppugnatione Saguntæ revocandum missus.

P. ÆLIVS Pætus, Qu. Ælii filius, qui Pont. pugna Can- nensi cecidit prætor fuit, cum Scipio Numidiam subegit. Sub hoc Coss. secundum bellum Punicum confectum est. Missus contra Bojos in Galliam, rem non satis prosperè gessit. Lega- tiones deinde obivit, & colonias deduxit. Augur factus, per- fectioria obit.

SEX. ÆLIVS Pætus, Pub. frater, ædilis curulis cum M. Clau- dio Marcello, anno ab urbe condita 541. mox triumvir, inde consul, mox censor. Hic mox veterum Juriscons. transverso foro ambulans, civibus omnibus suis consilii copiam faciebat: aut in folio sedens, de rebus omnibus responsa dabat. Hunc Ennius ita laudavit:

*Egregie cordatus homo carus Ælius Sex. tuus.*

Extabat tempore Pomponii liber ejus, qui Tripartita inferi- bebatur, & Jus Ælianum appellabatur, veluti incunabula Juris continens. Cicero ejus aliquoties meminit.

ÆLIVS Pætus, filius Sexti vel Pub. sine prænomine, à Pom- ponio inter Jureconsultos ponitur.

P. ACILIVS, teste Cicero, appellatus est sapiens, quia prudens esse in jure civili putabatur. Hunc quoque primum à populo sapientem appellatum fuisse, Pomponius scribit. Cum M. Ælio prætor potremò creatus, Sardiniam provin- ciam sorte obtinuit.

P. CORNELIVS Scipio Nasica, Cn. Cornelii Scipionis in Hispania occisi filius, frater patruelis fuit Africanò majori, jurisque consultiusimus. Hic adolescens etiamnum, vir opti- mus à Senatu judicatus, Pessinuntiam deam hospitio excepit. Per omnes deinde honorum gradus evectus, de Bois triumphavit, vir frugalissimus & pauperissimus.

Q. FABIVS Jurific. ad Carthagenenses legatus. Com. Sem- pronio Coss. quomodo esset dux tesseret posse, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram mallet referret Romam, utram- que sustulit, & ait, Carthagenenses petere debere, utram mallet accipere. *Pomponius.*

Q. FABIVS Labeo, à Cicero inter jurisperitos connume- ratur, quamvis è Pompejo omitteratur: qui quæque urbanas anno Urbis 544. magnam certamen cum omnibus sacerdoti- bus habuit, pro conferendo stipendio militibus, omnibus honoribus functus.

Q. FABIVS Pictor, anno urbis 551. prætor Sardiniam provinciam Picentem. Primus res Rom. scriptis dicitur Græcè.

M. PORCVS Cato Censorius, Tusculanus, juris peritissi- mus fuit, teste Cicero.

M. PORCVS Cato, superioris F. Prætor designatus, patre vivo mortuus est. Plurimos in Jure civili libros reliquit. *Gellius lib. 13. cap. 18. Horom.*

M. MANILIUS Torquatus, cælo matris utero in lucem edi- tus, cum L. Marito Censorio consul fuit, anno Urbis nati- quibus Coss. tertium bellum Punicum exortum, & Carthago deleta, quam primus Manilius cum exercitu per vim aggressus est. Tres libros de Jure civili scripsit. Sacrorum pontificum peritissimus fuit, & ex illis qui transverso foro ambulare & responsa dare solebat. P. Scævola suo æquali oratione copiosior, nec multo minus prudens. Decium Quallorum filium, quod prætor Mæcedoniam compilasset, causâ probè cognita, abdicavit & relegavit.

BRVTVS prætorum non excessit, ut vult Pomponius. Reli- quit de Jure civili septem libros: quorum tamen tres tantum fuisse Bruti, Cæsar apud Cic. ex ipso Scævola se audisse fate- tur. M. etiam Brutum, M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, patrem. Cicero non modò bonum oratorem, sed & Juris pub- lici & privati peritum fuisse affirmat.

P. MVTIVS Scævola anno Urbis dcccvii. consul cum L. Calpurnio Pisonè fuit; item Pontifex max. postque eum Cicero ait desitum esse è Pontificibus max. consueci annales maximos, quo ab initio rerum Rom. ad eum modum conscri- pserant, ut res singulorum annorum mandarent literis, me- moriæ publicæ causâ: tabulamque domi proponerent, ut esset populo cognoscendi potestas. Judex injuriarum condemnavit eum, qui L. Accium poetam lædendi gratia in scena nomi- naverat: cum C. Cælius abolivisset eum, qui Lucillum poe- tam in scena nominatum læserat. Reliquit de Jure civili libros decem. Fratrem adoptivum P. Craffum Mutianum oratorem in Jure instituit. Pila & duodecim scrupis & alea optime lusisse dicitur. Inerit phthiriasi. *Plut. in Sylla.*

P. LICINIVS Craffus Mutianus, cognomine Dives, natura- lem ortum è Crafforum gente habuit: sed adoptione in Mu- tianam familiam transiit. Is 600. anno ab Urbe condita qua- tertio est factus. Hic à P. Scævola fratre domesticam juris disci- plinam hausit, & valdè probatus orator fuit. Sev. Galbe summi oratoris filio Cajo filiam suam collocavit, alteram Ti- berio Graccho. Quo interfecto, senatus ad iram plebis leniendam, divotorem agrorum P. Craffum legit. Hic etiam cum ædilitatem peteret, de Jure à rusticò fuit consultus. Con- sul cum L. Valerio Flacco factus, anno Urbis 623. simul & Ponti-

A Pontifex, novo exemplo contra Aristonicum in Asiam mis- sus, à Thracibus qui Aristonicum familiares erant, interceptus & captus fuit. Ut turpem servitutem evitaret, in itinere dum duceretur, viagam, qua ad dirigendum equum utebatur, in oculum Barbari direxit, eamque excecavit. Qui vi doloris accensus, latus Craffi facie confodit. Caput mortui Aristonico oblatum, corpus Smyrna sepultum. Quinque summis bonis Craffus ornatus fuisse dicitur: quod justissimum, quod elo- quentissimum, quod nobilissimum, quod jurisperitissimum, quod Pontifex maximus fuerit.

C. LIVIVS DRVSVS à Val. Max. inter præclaros Jurecos. po- nitur: à Pomponio omitteratur. Senex & cæcus, jus nihilomi- nus populo interpretatus est. C. Drusi filius fuisse videtur, quem Cicero inter oratores tres ex Drusorum familia con- numerat, M. Drusi frater.

D. MARTIVS Figulus, consul cum Nasica Corculo, anno Urbis 592. & septennio post iterum cum Cornelio Lentulo, solum habuit Cajum Jureconsultum celeberrim. à Pomponio tamen prætermissum, qui cum in petitione consularis repu- llam tulisset, ita accensus, postero die consulentes omnes à se repulsi, inquit, omnes consulere scitis, consilem face- re necitis.

P. RVTTIVS RVFVS, L. filius, adolescens P. Mutium Scævo- lam sedatus est. Consul fuit cum C. Mallio, anno urbis 651. & primus ex ludo C. Aurelii Scauri doctores gladiatorios accersivit, qui juventutem in armis erudirent. A. M. Scæuro publicanorum invidia repetundarum reus factus est: quam accusationem magna constantia peritit. Ad equitibus dama- natus, in Asiam exulatum abiit, omnibus Asiæ civitatibus legatos ei obviâ mitterentibus, & ut ad se veniret, invitanti- bus. In exilio mortuus est. Orator fuit, sed jejunus. Fucos & ipse vitabat rhetoricos, & in aliis reprehendebat. Orationes quasdam reliquit, Stoica Philosophia plenas (præceptore enim ipse est Panætio) multa item in Jure scripta: historiarum quoque sine vice.

Q. ÆLIVS TVBERO, filius C. Ælii Tuberonis Carclii, & Æmiliæ L. Pauli, qui Peram devicit, filia, ex ea fa- milia, qua paupertate & parsimonia laudatissima erat, ita ut sex & decem Tuberones simul unis ædibus modici- bus, incoquo agro in Venete habitarent, & sustentaren- tur. Triumvir agris, opinor, ex lege Sempronia dividun- dis fuit, cum L. Marito Censorio consul fuit, anno Urbis nati- in disputando fuisse scribit. Jurisperitus fuit, Stoicus, ma- joribus par. oratione jejunus. Scripsit orationes contra Gracchum, item historias, ex quibus Livius, Dionysius, & Gellius multa citant. Veteris frugalitatis studiosissimus, cum à Fabio Max. epulum nomine P. Africani patrii sui deſuncti daretur, triclinium stemere rogatus, lectulos ligneos punicos pelibus hædinis stravit, & pro argen- tensi vasis Samia exposuit. Cujus rei deformitate sic po- pulum commovit, ut in petitione Prætoratus repullam tu- lerit. Scripsit ad eum præceptor Panætius opuscula qua- dam.

P. VALVIVS VIRGINIVS connumeratur à Pomponio inter Jure- consultos, sed corruptè, secundum Horoman. fortasse legen- dum, Scævili Vigellius.

SEX POMPEIVS, Sex. F. Cn. Pompeii Magni patris, Stoicus, ad Ciceronis usque tempora pervenit. Præstantissimum ingen- nium contulit ad summam juris civilis, & ad perfectam Geo- metriæ & Arithmetice Stoicarum scientiam. Quem Cicero in lib. D. de Orat. 3. Stoicum appellat, & libro primo eruditum homi- nem in philosophia.

L. CÆLIVS Antipater, historias scripsit, horrido stylo quem tamen Adrianus Imp. vetustatis admirator, Salsustio prætulit. L. Craffi summi oratoris magister. In Jure celebris, ut tem- pora illa ferebant.

P. MVTIVS Scævola Augur, quem Cicero in Oratore differenter, & in Amicitia introducit. Eum adolescens Cicero coluit, & Jus civile ab eo didicit. Fuit insignis Stoi- cus, Panætii auditor. Ejus domus veluti oraculum civita- tis habita. Habuit Lælii filiam majorem in matrimonio: ab coque in collegium augurum cooptatus est, C. Fannio al- tero genero grandiore prætoro. Ipse Mutius filiam suam L. Craffo locavit: qui eum ita reveritus est, ut prætere- illo supplex ambire populum erubesceret. Consul fuit anno Urbis 637. & de Dalmatis vicium cum collega triumphavit. Sylla urgente, ut senatus C. Marium hostem Reip. judicaret, solus hic Scævola obstitit. Simulacres cum Lucilio satyrico exerevit. In Saturnini tumultu quamvis senex arma cepit, & patriæ ne in extremo quidem spiritu desuit.

Q. MVTIVS Scævola Pont. Max. filius P. Mutii (de quo su- pra) Pont. max. Proconsul Asiam obtinuit: eamque provin- ciam tanta integritate administravit, ut in posterum in eam provinciam iturus magistratibus, exemplum atque forma of- ficii Scævola proponeretur. Inimicissimos habuit publicanos. Collega ejus, Craffus, eum jurisperitorum eloquentium corpus, & eloquentium jurisperitissimum appellavit apud Cic. Causas multas egit. Dixit pro P. Rutilio repetundarum reo. Cum fundum emisset, eamque pluris, quam venditor addi- xisset, æstimaret, addidit centum millia. Primus Jus civile constituit generatim in libros 18. plurimosque auditores habuit, sed præcipue auctoritatis Gallum Aquilium, Luci- lium Baldum, Sex. Papyrium, C. Jubentium. Ab eo post mor- tem Scævole Auguris Cicero adolescens multa didicit, quo- rum meminit præcipue de Legibus. Ex profectio neminem docebat: sed consulens, & de Jure respondens, studiosos au- diendi docebat. Hic cum pro Sylla senfisse crederetur, Ma- rianique urbem invasissent, & infingente Mario filio, tum consule, Damaspippi prætoris iussu, obfessa curia, è Senatu educti trucidarentur, fugiens, Vestalesque amplexus aras, ad Martii funus in curia Hostilia C. Fimbria trucidatus est. Jam grandis natus, ita ut sanguine suo sacrarium Vestæ respergeret. Quem cum ex vulnere aliquantisper recreatum, ac posse vivere conspexisset, apud populum se accusaturum Fimbria ironice dixit, quod parcius totum corpore telum recepisset. Obiit mox Scævola, & corpus in Tiberim projectum. Hunc antiquissimum ferunt eorum, ex quorum scriptis confectit Justinianus Pandectas Juris civilis, unumque tantum ibi li- brum ejus acciri Definicionum.

C. AQUILIVS Gallus, eques Rom. à Q. Mutio Pont. Max. jus civile didicit. Acutus & exercitatus & promptus in re- spondendo & agendo, regnum quoddam judiciale videbatur habere, cujus gratia è petendo consulatu abstinuit. Ipse Ser- vium Sulpitium Jus civile docuit, & ab eo illustratus est. Ha- bitavit in colle Viminali, ædibus ea ætate sumptuosissimis, ducentis circiter millibus nostratum aureorum. Filium vi- vens amisit. Collegam in prætura Ciceronem habuit. Si quid ad illum tale referretur, ut de facto quereretur, quia id ad Jus nil pertinebat: Ad Ciceronem, inquit, abe: Gallus: Oratoris id munus esse asserens. Dolus malus quid esset, perente Cic. Cum aliud esset simulatum, aliud actum, respondit. Responsa ejus G. citantur plurima in libris Digestorum, celeberrimum illud de posthumis nepotibus heredibus instituentis. Laudatio ejus extat in orat. pro Cæcina.

L. LYCVIVS Balbus, Servium Sulpitium docuit, in agendo & in respondendo considerata tarditate utebatur. A discipulo Servio illustratus est. Stoicus fuit insignis, ita ut è Antio- chus philosophus opus suum quoddam milerit. Inque, cum Cicero in suis libris Stoicorum placita defendentem intro- ducit.

Cn. AVTIDIVS à Cic. inter Jureconsultos numeratur, omit- titur à Pomponio. Cæcus etiam in Senatu sententiam dice- bat, & Prætoris amicis non deerat; Græcam insuper scribe- bat historiam. Huic æquales annumerat Cicero, C. Acu- leonem, matertera Ciceronis virum, qui cum L. Craffo ora- tore familiariter vixit: filiumque ejus C. Visellium Varro- nem, confobrinum Ciceronis, C. Fimbriam, Q. Lucretium Vispillonem, C. Billenum, P. Quintilianum, M. Marcellum, L. Vallerium facitissimum Ciceronis amicum, & P. Conlam, quem Cicero irritit, cum in judicio de re quadam testis in- terrogatus, negasset se quicquam scire: Fortasse de Jure inter- rogari te putas, inquit Cicero.

C. JVVENTIVS (vel T. ut Cicero) Q. Mutii Pontif. max. auditor. In dicendo frigidus, sed acutus causarum actor. Discipulum habuit P. Orbilius, Ciceroni ferè æqualem. Hunc etiam Servius Sulpitius audivit, & in libris suis cre- bram ejus facit mentionem.

SEX. P. PAPYRIVS, auditor Q. Mutii. Hunc Ser. Sulpitius au- divit, & scriptis suis illustravit.

P. SERVIVS Sulpitius Rufus Lemonia, generis memoriam propè intermortuam virtute renovavit. Rhodium cum Cicero- ne eloquentiæ causa profectus est. Reversus, cum de re ami- cisci Q. Mutium Pont. max. consulivisset, neque responsum ejus intelligens iterum Mutium interrogasset, neque secun- dum quoque responsum percepisset: objurgatus à Mutio quòd turpe esse diceret patrio viro, & causas oranti, Jus, in quo versaretur, ignorare; ea veluti contumelia tachus Ser- vus, Juri operam dedit sub Gallo Aquilio, Lucilio Balbo, Sex. Papyrio, C. Juventio. Juris itaque scientia omnes vicit, qui eloquentia aut prior Cicero, aut non inferior erat. Primus Dia-